COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

VOLVMINIS XXXV. PARS II.

LIPSIAE, MDCCXCIII.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Elph. Balfour, Lugd. Bat. ap. Fratres Luchtmann, Parisiis apud Barroi Iunior. Venetiis apud Io. Bapt. Pasquali, Mediolani apud Ios. Galeazzi, Augustae Taurinor. apud Guibert et Orgeas, Florentiae apud Ios. Molini, Holmiae apud M. Swederum, Lisbonnae apud M. Borell et Socios, Lausannae apud I. H. Pott.

I.

Acta regiae ſocietatis medicae havnienſis. Volumen II. Havniae, MDCCXCI. ſumptibus C. G. Proft excudebat Fridericus Schultz, aulae regiae et univerſitatis typographus. 8. pagg. 470. Tab. aeri inc. 1. in fronte iterum noſocomii regii Fridericiani orthographia.

I. *Obſervatio de herniotomia ob accedentem triſmum lethali, oblata 21. Mart. 1782. ab H. Calliſen.* Iuvenis 22 annorum, per 12 annos hernia inguinali lateris ſiniſtri laborans, eamdem neglexit, quae per 5 ultimos annos reduci non potuit. Tandem ob incarcerationem inſtituta operatione inventa eſt omenti portio, duobus pugnis virilibus maior, valde inflammata et ubique cum ſacco et parte ſubiacente inteſtini pariter inflammati conglutinata; inteſtini reductio demum ſucceſſit, omentum autem nec ligatum nec reſectum, ſed ſuaſu adſtantis extra annulum relictum eſt, ut lenta ſuppuratione conſumeretur. Hac vero nimis tarde procedente, licet omnia reliqua optima eſſent, 11. poſt operationem die ſolutio hydrargyri in aqua forti penicillo leniter illinebatur, idque die 12. repetebatur; inde die ſequente verſus veſperam tenſionis ingratae ad nucham muſculosque maxillae et linguae ſenſus, altero die verus triſmus et tetanus ſine febre, ſuppurationis mutatione aut ingrato in abdomine ſenſu; die 15. mors. Gangraenae nulla in cadavere ſigna; pars dextra ventriculi et colon transverſum in regione umbilicali; pars inteſtini ilii antea incarcerata profunde adhuc rubens, ſed p. 1.

non mutata; reliqua omnia ſana. An ſpaſmus ab irritatis per cauſtica nervis, an ab inflammatione intestinorum, an a tenſione omenti ac mutato ventriculi ſitu, an a peculiari ſyſtematis nervoſi ſenſibilitate aut ex alia abſcondita cauſſa, dirimere non audet Cl. Auctor.

p. 9. II. *Obſervationes medico - practicae ſubſectae, auct.* A. B. RANÖE. Phthiſis metaſtatica poſt abſceſſum quinquies in femore ortum, novo in eodem ſe monſtrante et quamprimum fieri poterat aperto ſublato; aegra per 3 iam annos fonticulo in crure lateris affecti aperto ſervato perfectiſſima ſanitate gaudet. Apoplexia ſexagenarium plethoricum, podagricis inſultibus levioribus aliquoties tentatum, poſt modicam coenam media nocte invadens, poſt venaeſectionem et pediluvium ſinapinum emetico laxante fugata; ſimilem effectum eadem methodus novies intra 15 menſes praeſtitit, donec tandem aeger ſumme debilis, poſt ultimum paroxyſmum memoria, ratione et loquela fere deſtitutus, exſpiraret. Delirium in lactante cum febre et cephalalgia diriſſima a ſuſpenſa per nychthemerum ob mammae ſiniſtrae dolores lactatione, brevi poſt venaeſectionem, laxans et ſinapismos plantis pedum impoſitos ceſſans. Menorrhagia immodica in hyſterica gravida, per novem hebdomadas incaſſum adhibitis remediis quamplurimis, largo uſu decocti ſaturati corticis aurantiorum curaſſavenſium curata.

p. 17. III. *De roborantium in rheumatiſmo arthritico neceſſitate*, 20. *Nov.* 1783. *auct.* RUD. BUCHHAVE. Morbus Havniae maxime endemius, in opulentioribus a luxu perverſaque diaeta, in pauperioribus a domiciliis humidis. Multiplex eius ſymptomatumque ab eo pendentium facies. Indicatio duplex, reſolutionis et eliminationis acrimoniae e corpore vel ad minimum e ſede minus congrua, ſi interna occupaverit, et roboris ſolidis reſtituendi, combinanda.

Exem-

Exempla in continuatione huius tractatus 25. Mart. 1784. praelecta traduntur. Usus est Cl. Auctor gummi guaiaco et radice gei urbani vario modo exhibitis, subiunctis interdum variis aliis adminiculis internis et externis; dehortatur ab externo camphorae sub quacumque forma usu, ne acrimonia arthritica repellatur. Hysteriam ab acrimonia eadem frequentissime, nisi semper, oriri, allatae observationes probant. Subiunguntur duo exempla epilepsiae a caussa arthritica, eadem medendi methodo curatae. p. 117.

IV. *Observationes medico-practicae quinque, communicatae* 4. *Dec.* 1783. *a* CHRIST. IAC. THEOPH. DE MEZA. Diarrhoea a comessatione, salibus mediis, rheo et pulvere quassiae antea frustra exhibitis, decocto gei urbani; febris tertiana pulvere eiusdem, praemissis evacuantibus; haemorrhagia uteri ipecacuanhae refractis dosibus; colica pictonum a vasorum culinarium aeneorum usu alumine cum gummi arabico et spermate ceti; et tussis sicca in iuvene hypochondriaco, post venaesectionem et opiatum vesperi exhibitum noctu cum pectoris oppressione rediens, floribus zinci sanatae. p. 28.

V. *Selecta diarii nosocomii Fridericiani pro anno* 1788. *auctore* FRID. LUD. BANG. Hic nonnisi sex priores menses enarrantur Febris biliosa epidemica iam ab auctumno praecedente grassata*), cholerica dicenda, multas mutationes minus frequentes subiens, abundantiae biliosae per errores diaetae fensim in massa sanguinis collectae et huc illuc in corpore delatae adscribendus. Dysphagia rheumatica. Splenalgia, sive dolor ad hypochondrium sinistrum, itidem a caussa rheumatica oriri visa, saepe locum mutante, tandem solutione aquosa gummi guaiaci p. 38.

*) Vid. Comm. nostr. Vol. XXXIV. p. 95.

prolecta efflorescentia scabiosa dissipata. Abscessus infra costas spurias sinistras post partum fetus mortui, post 6 hebdomadas tandem felici cum eventu ruptus. Vertigo post suppressam diarrhoeam, sine erecto accedens, quo signo a plethorica commode distingui possit (in curatione minus evacuantibus insistitisse Cl. Auctorem miramur, quibus ea forsitan accelerata fuisset). Rursus metaschematismi directi febris ex biliosa in putridam transeuntis. — Monitum de cauto usu vomitoriorum in viscerum abdominalium infarctu, circulationem sanguinis per pulmones impediente. — Inflammatio lenta uteri, per sectionem demum detecta eius suppuratione, forsan iniectionibus frigidis adversus largam haemorrhagiam post partum adscribenda. — In febribus cholericis mitius tantum emeticum ex ipecacuanhae gr. xv vel xx. exhibendum, ne ex validiore irritatione nimius abundantis iam bilis ad ventriculum affluxus, inflammatio, vel hyperemesis cum catharsi excitetur. Oedema brachii in puerpera, lochiis tamen et lacte non turbatis, pustulis ibi enatis et liquido seroso ex iis exsudante discussum. — Valetudo infirma post curatam scabiem superstes, post biennium enato dolore in pectore, cui varia curationis methodo tractato tandem febris intermittens accessit, et postea herpes in fronte erumpens morbum penitus solvit. Febris cholerica 8 iam dierum in gravida accedente partu laborioso ob accretam orificio vteri placentam, subsequente inde haemorrhagia aqua frigida per iniectiones et epithemata repressa, 4. post partum die morte terminata, utero crassissimo, intus nigrescente, foetorem putridum spargente. — Femina 52. annorum, splenalgia continua, post ingesta, sub motu et flexione corporis increscente, laborans, accedente postea largo vomitu cruento tribus noctibus continuis reverso, postea anorexia cum siti insigni, decu-

decubitu in latere dextro intolerabili, virium magna proſtratione, alvo deinde laxa, poſt duarum et quod excurrit hebdomadum ſpatium in noſocomium delata, ſolo animae rhei omni bihorio ad guttas 60 ſumtae uſu convaluit, raro documento, quid natura contra graves morbos valeat. Febris poſt 4. a partu die accedens inflammatoria, emetico exaſperata, methodo antiphlogiſtica curata, non igitur puerperalis dicenda. Varia exempla dolorum abdominalium in puerperis inflammatoriae indolis, probabiliter a metaſtaſi lactis oriundorum, venaeſectionibus et eccoproticis oleoſis devictorum. Sectiones iisdem affectionibus demortuarum materiam ichoroſam foetidiſſimam ſero lactis ſimilem in abdomine effuſam cet. obtulerunt. — Cor cum pericardio ubique coalitum in hydropica; an hydropis cauſſa? Felix metaſtaſis inflammatoria febris putridae ad pectus ſiniſtrum, vix aliter explicanda, quam quod materia morbifica humorum maſſae commiſta ſingularem habeat debilitandi vim, quam ſub depoſitione in certa corporis parte perdit. — Affinitas febrium intermittentium cum affectibus rheumaticis, ſingulari exemplo declarata. Aſthma poſt praegreſſos dolores vagos artuum noctu inprimis moleſtiſſimum; aliis remediis obſurdeſcens; tandem ℈j. ipecacuanhae alternis diebus quinquies ſumto evanuit. — Utilitas venaeſectionis ad materiam rheumaticam, quae internis partibus inhaeret, ſolvendam eiusque depoſitionem ad partes minus nobiles iuvandam. In cadavere feminae, poſt ſiccatum ſponte ulcus cruris dextri hemiplegia lateris dextri ac dein etiam ſiniſtri affectae ac poſt 11. demum menſes ſublatae, in ventriculo laterali dextro cerebri nonnihil ſeri ſanguinei, thalamus dexter nervorum opticorum inſigniter excavatus et partim conſumtus, coloris brunoflaveſcentis, in ventriculo ſiniſtro maior copia ſeri extravaſati, item in baſi cranii.

p. 94. VI. *Observatio de diarrhoea cum obstructione haud infrequenti connubio, oblata 4. Ian. 1782. ab* CALLISEN. Aegrota per plures menses tumor in hypochondrio sinistro ovi anserini magnitudo tactu dolentem, gerebat cum anorexia vomitu ne, doloribus colicis praesertim in regione epigastr copiosa faecum liquidarum nigricantium evacuat ne; pilulis resolventibus et inunctionibus mercur libus camphoratis adhibitis vomituritiones cessaba diarrhoea subsistente, et tumore dolorisque sensu regionem lumbarem descendentibus; tandem acc debat tenesmus molestissimus, tumores haemorrho dales, deiectiones frequentes sanguinolentae foet dae, syncope sub nisu exonerandi alvum frequen et detectum est corpus durum intestino recto imp ctum, quod forcipe diffractum massam excrement tiam foetidissimam induratam ℥iiß pondere retul qua exemta, reliquiis per clysteres emollientes facil educendis, omnia symptomata evanuerunt. Hanc massam in colo haesisse, irritatisque intestinis affl xum humorum diarrhoeamque excitasse, non dubi tandum. In quavis debilitate et irritabilitate intesti norum excrementa se accumulare possunt, diarrhoea licet diutius subsistente, unde praesertim in morbis acutis et putridis damna ab illorum acredine metuenda; inde in morborum putridorum initiis purgantia fortiora tempestive adhibita, praesente licet diarrhoae spontanea vel laxantibus mota, insignis usus esse, experientia Cl. Auctorem docuit.

p. 102. VII. *De tancro aquoso, nec non de oculo purulento infantum observationes expositae 26. Febr. 1784. a Cl.* DE MEZA *seniore.* Sub priore nomine intelligit gingivarum vicinarumque partium exulcerationem *), quam in puella sexenni evulsione trium dentium.

*) Conf. quae Cl. BERTHE de hoc morbo tradidit, vid. Comment nostr. Dec. III. Suppl. p. 341. seqq.

ium molarium, externo mellis roſarum, tinctura myrrhae et ſpiritus ſalis dulcis, internoque mellis et cochleariae uſu ſuſtulit. Alterum morbum Cl. WARE deſcripſit *): infantibus recens natis aeri frigidiori imprudentius expoſitis alterutra vel utraque palpebra rubeſcit, tumet, oculus clauditur, dein materia craſſa purulenta totum bulbum obtegens effluit, quae ſi retinetur, oculum corrodit. Emollientia nocent, vaſa autem relaxata roboranda ſunt, quod repetita applicatione linteorum aqua Goulardi cum pauco ſpiritu vini camphorato imbutorum perficitur, ſpiſſiore tamen materia lacte tepido abluenda, curaque adhibita, ut quotidie alvus ſolvatur.

VIII. *Obſervationes medico-practicae, auct.* A. B. RANOE *communicatae* 18. *Mart.* 1784. Vir mediae aetatis ab aſſumtis ʒij. tincturae catharticae multum purgatur ac dein vertigine, inſultu epileptico, delirio correptus eſt, quae ſymptomata altero die verſus veſperam vehementius redierunt, decoctum cort. per. cum liqu. nervino largius propinatum vires nonnihil revocabat, et poſtea laudanum liquidum delirium et agrypniam tollebat decocto dicto et diaeta appoſita curationem abſolvente. Haemoptyſis a menſtruis ſuppreſſis et motu corporis vehementiore, illis uſu pediluviorum revocatis ſublata. Febris rheumatica, purpura alba ſoluta. p. 108.

X. *Obſervatio de virtute ipecacuanhae antemetica, auct.* IOH. HENR. SCÖNHEYDER. Ileo iam 11. dies durante ipecacuanhae granum dimidium cum 9ß ſacchari quavis hora porrexit; iam a ſecunda doſi vomitus ſiluit, ſed licet quadraginta ingeſtis, neque his neque clyſteribus, ſed tertio demum die aqua p. 139.

*) Remarks on the ophthalmy, ſorophthalmy and purulent eye. London 1780. 8.

laxat. Vienn. et ſale ſedl. alvus reſerata eſt et aeg[r] bene convaluit.

p. 142. XI. *De tumoribus chronicis a lactea metaſta[ſi] ſervationes oblatae*, 13. *Ian.* 1785. *a Cl. de* MEZA [ſ]. Tumor mammae ſcirrhoſus, mercurialibus inter[n] et externis fruſtra tentatis, tandem belladonnae ([f]liorumne an radicis, non adiungitur) in pulvere cu[m] ſaccharo poſteaque in pilulis cum ſapone uſu cu[m]tus; alius cruris a metaſtaſi lactis poſt refrigeriu[m] venaeſectione in bracchio, floribus ſulphuris et are[n]no duplicato, frictionibus cum pannis laneis oleo v[o]latili imbutis, dein veſicatorio diſcuſſus, ulcere a[u]tem conſolidato rediens ac demum motu moderato frictionibus cum oleo volatili, ac poſtea balneo v[a]poris aceti et electuario mundificante ſanatus.

p. 154. XII. *Obſervationes medico - practicae ſubſecivae* A. B. RANÖE *communicatae* 3. *Febr.* 1785. Hemiplegia lateris dextri in quadragenaria poſt epilepſiam a terrore, poſt duos et quod excurrit menſes ſanata. Haematemeſis ab ira, ſale eſſent. tart. RETZII cum ſaccharo ex aqua frigida ſublata, dein manna et ad reſtituendas vires decocto cort. per. cum pauxillo ſpiritus vitrioli exhibitis. Febris rheumatica accedentibus die 9. aphthis, ſub uſu decocti eiusdem et linctus ex borace et ſyr. mororum binis diebus redeuntibus, donec cruſta magna aphthoſa evomeretur; tunc ſub uſu tincturae rhei cum liqu. terr. fol. tart. brevi aegra convaluit. Femina 7. poſt partum hebdomade, ob lactis defectum infanti mammas non praebens, moerori indulſit, vertigine tandem corripitur, quae cum triſtitia alternabat; menſtruorum defectu ut cauſſa detecto, eorum reſtitutio cremore tart. ſolub. in aqua menthae ſoluto addito liqu. terr. fol. tart. ſubiunctisque pediluviis ſinapinis tentata, unde minuta vertigo, aucta triſtitia; exhibitis poſtea pilulis ex croco martis, myrrha, gumm. ammon. galb. aloe, merc.

nere. dulc. et ſulph. antim. aur. cum elix. P. P. ſine cido, brevi cum menſtruis ſanitas rediit. Tritaeophya carotica: iuvenis valde obeſus, per biduum cephalalgia cum vertigine laborans, febre continua corripitur; ob ſaporem depravatum et oppreſſionem praecordiorum emeticolaxans exhibetur, et poſtea mixtura camphorata acida; altero mane inſultus apoplecticus, quo poſt venaeſectionem largam et ſinapiſmos plantis pedum impoſitos paroxyſmo poſt 4. horas finito cortex peruvianus larga manu porrigitur; ardore ceterisque ſymptomatibus febrilibus per noctem ſubſiſtentibus mane novus inſultus, eadem remedia adiunctis hirudinibus ad tempora; poſt 3. inſultum remiſſio longior, at rediens paroxyſmus eo gravior, poſt bihorium aegrum trucidans. Diabetes a conſuetudine, urina quovis fere momento ad praecavendum calculum prolecta, poſt 5. annos ſeptuagenarium atrophia conficiens. Aſthma ſpaſmodicum in iuvene ex India orientali reduce, ipecacuanhae granis 4. quavis veſpera exhibitis intra 3. hebdomadas curatum, ſuperſtite debilitate poſtea cortice per. et pauxillo martis ſublata.

XIII. *Hiſtoria cynanches parotideae Viburgi* 1772. p. 165. *epidemicae communicata* 11. *Nov.* 1784. *a* C. E. MANGOR. Morbus ſolito mitior, praegreſſis aeſtate frigida et iniucunda auctumnoque humido et nebuloſo, primum ruri apparuit, deinde per ruricolas in urbem delatus ibi contagio 6. circiter incolarum partem affecit, ſenibus tamen iuvenibusque robuſtioribus magis parcens; levi febricula catarrhali praegreſſa 3. die parotis alterutra vel utraque ſucceſſive tumebat cum levi dolore, et quo magis tumor increſcebat, eo liberior reddebatur deglutitio; 7. die ſudor criticus, 9. morbus plane diſſipatur. Sedes tumoris in parotidibus; glandulis ſubmaxillaribus et celluloſitate vicina; in tonſillis et faucibus nonniſi a conſenſu. Viburgi

burgi ſitus ſaluber, ita ut Cl. Auctor per 8. annos amplius nullam epidemiam malignam ibi vidit. Curatio ſimpliciſſima ex decoctis farinaceis leniter dulatis et 7. die laxante antiphlogiſtico, multis ex ſponte morbum ſuperantibus; febre ingravescente emema emolliens. Valentiora interna et exter morbum protrahebant.

p. 176. XIV. *Experimenta circa radicem atropae belladonnae in tuſſi convulſiva et aliis quibuſdam morbis, relata* 10. *Febr.* 1785. *a* RUD. BUCHHAVE. Radicem quippe foliis efficacioris, granum dimidium infantibus anno minoribus, granum 1. unius et duorum ſesquialterum trium et quatuor; a 5. ad 8. annum grana 2, ad 12. duo cum ſemiſſe uſque ad tria, et ad 20. quatuor bis de die exhibuit, et ita pro ratione durationis morbi aut eiuſdem ſublati viſi neglectu citius aut tardius, interpoſito 3. vel 4. quaque die laxante, tuſſim convulſivam curavit, etiam moſcho et cicuta antea ſine ſucceſſu in uſum vocatis. Vires huius remedii in aliis morbis ſpaſticis in poſterum tentaturum ſpondet Cl. Auctor.

p. 197. XV. *Relatio febris tertianae intermittentis epidemice menſibus Mart., Apr., Maio, Iun. etc. anni* 1784. *graſſantis. auct.* CHRIST. IAC. THEOPH. DE MEZA. Intenſiſſima hyeme exorſa, catarrhalis quam maxime, ut ex deſcriptione videtur, indolis, non periculoſa neque adeo diuturnae durationis, ſymptomatibus, inprimis cephalalgia, interdum moleſtioribus febre ipſa. Poſt exhibitum emeticum aut evacuantium aut digeſtivorum uſui vel demum roborantibus facile cedebat; in quodam, corticis peruviani uſum reformidante, geo urbano fruſtra adhibito, tandem tamen ad corticem confugiendum erat. In pueris quinque menſium, febre ſolo regimine ſuperata, oleum chamaemeli cocti et abſynthii abdomini illitum, iunctis ſemicupiis

piis tepidis vermes evacuabat ſanitatemque red-
ebat.

XVI. *Cura aſcitidis* (aſcitae) *per cicutam*, 24. p. 224.
Febr. 1781. *recitata a* C. E. MANGOR. Vir 40. et
loquot annorum temperamenti phlegmatico-melan-
holici, per 13. annos paſtoris munere in Finmarkia
unctus, vere et aeſtate ſaepe torminibus ventris bre-
ibus infeſtatus, ſenſim aſcitem oriri ſenſit, fruſtra-
que per 2½ annos adhibitis remediis Auctoris noſtri
conſilia petiit, abdomine cum fluctuatione obſcura
umido, et ſacco in umbilico magnitudinis capitis
infantis recens nati, aqua tenſo, viribus tamen bo-
nis, hydromphalo recentiſſime ab excoriatione ſcal-
pendo inducta duobus in locis ſponte rupto. Omni-
bus perpenſis ſuſpicatus eſt Cl. Auctor, obſtructio-
nem glandularum meſenterii a repetito aquae frigi-
dae potu cauſſam morbi eſſe. Praebuit diuretica, ad-
uncta in principio ialapa, ſed incaſſum, aperturis in-
terea conſolidatis (forſan ab aqua vegetominerali, ob
uborem eryſipelatoſum ab effluente ſero inductum
in uſum ducta). Ampliato inde foramine menſurae
13. aquae eductae ſunt et auxilia aptiſſima adhibita,
ſed fruſtra; interim biduo poſt paracenteſin tumores
duos ovi gallinacei magnitudine in regione umbilicali
profunde ſitos tangere ſe credidit, ideoque in ſenten-
tia priore confirmatus eſt; auctis interim ſymptoma-
tibus aegrique animo per irritam 9. hebdomadum
medicationem deiecto ad cicutam confugit, cuius vi-
res olim iam in tumore ingenti abdominis, ſolo eius
extracto reſoluto, cognoverat; quare a ſcrupulo di-
midio ter de die incipiendo, adhibita ſimul iterum
paracenteſi, tertio die ℈j. ſingula doſi, et a ſeptimo
quotidie ℈iiij. exhibuit, ita ut a 23. Ian. uſque ad fi-
nem Martii ℥xij. impenderet nullo alio ſimul adhibito
medicamine, initio Martii nullo omnino veſtigio aquae
in abdomine vel ſub cute reſiduo, tumoribusque non

per-

perſentiſcendis; et ſic ſanitas perfecta rediit, de
poſt ſex annos morbus acutus vitae finem impone
Cicutam ergo omnes tumores abdominis reſolvere,
maiori doſi et diu adhibitam; irritum tamen eius in
dum eſſe uſum in aſcite ab ovario obſtructo, ipſe
Auctor expertus eſt, cuius exemplum alia forſan v
ſe relaturum ſpondet.

p. 229. XVII. *Quaedam de uſu antimonii in rhevmatiſ*
et ſcabie, communicata a IOH. HENR. SCHÖNHE
DER. Odontalgia rhevmatica ant. crud. ʒß. et oc
cancr. ℈ß. omni trihorio exhibitis intra biduum ſa
lata; in ſcabie humida pertinaciſſima idem remedi
ad cochlear minus bis de die inſignis uſus.

p. 232. XVIII. *De tertiana ſimplici commentatio* URB
NI BRUN AASKOW, *communicata* 6. *Ian.* 1785. Mo
bus his in regionibus, inprimis vere, endemius di
cendus ob ſubitas et crebras aëris viciſſitudines per
ſpirationem laedentes, cuius in curatione primar
ratio habenda; remedia etiam adverſus hanc febrim
proficua diaphoreſin iuvando utilitatem ſuam exſere
re, ne amaris quidem et roborantibus excluſis, debi
tum quippe aequilibrium inter cutem et inteſtina re
ſtituendo. Inde etiam ſcabiem criticam febrem in
termittentem ſolventem, intelligi. Methodus medendi
his febribus b. FABRICIO, noſocomii Friderician
quondam medico primario, ſolemnis: inter ſpecifi
ca cortex per. vel ſolus ad ʒvj. vel ʒj ante acceſſum
novi paroxyſmi ſumendus, vel ad ʒij una duabusve
horis ante paroxyſmum; vel cum eo ſociata alia me
dicamenta, ut rheum, vel adverſus febres pertina
ciores, quartanas, cort. per. ʒj. nucis vomicae et ſa
lis ammon. ſingulorum ℈iiij. eadem qua cortex ſolus
doſi, vel electuarium martiatum ex cort. per. ʒij.
ſal. ammon. ʒß et lim. mart. ſulphurati ʒiij; pulvis
herbae tertianariae vel ſolus vel cum ſal. digeſt. SYLV.
item pulvis corticis ſalicis albae ſolus vel cum ſale ca-
thar-

artico, item pulvis cort. quaſſiae ad ℈j. omni bihorio; mox ante acceſſum frigoris ſub regimine diaphoretico eſſent fulig. ℥ß et tinctura amarae gutt. xxx. vel infuſum ſaturatum coffeae cum ſucco citri. Ad ſcabiem ſupervenientem exhibuit pilulas piceas, ſolutionem mercurii ſublimati, decoctum bardanae vel ſuccos expreſſos herbae urticae, taraxaci, bardanae, electuarium mundificans, laxantia cum mercurio dulci, linimentum mercuriale carpis illinendum, in ſcabie humida unguentum piceum, et ſublata febre balnea; recrudeſcente poſt ſcabiem evaneſcentem febre vel tuſſi flores ſulphuris. Adverſus oedemata pilulas ſcilliticas et pulverem eccoproticotonicum; praeſente ſimul tuſſi eſſentiam enulae cum aceto ſcilliticо et ſpir. nitr. dulc. ter de die doſi gt. 60. Splenalgiam tumoremque lienis raro penitus ſolvere potuit.

XIX. *Obſervatio de loquela in femina hyſterica ſingulari modo reſtituta, communicata* 11. *Mart.* 1785. p. 245.

ANATTHIA SAXTORPH. Femina ſemimortua in noſocomium deferebatur, facie pallida, oculis rigidis, reſpiratione moleſtiſſima, pulſu languido, nec niſi ſumma cum difficultate deglutire, vocem edere, et ſe dicta intelligere declarare poterat; quae omnia quum pro ſymptomatibus hyſtericis haberentur, venaeſectio, clyſmata cum aſſa foetida, et liquor nervinus adhibebantur; altero mane omnia quidem meliora, ſed loquela plane nulla. Quarto demum die nunciatum eſt, ipſam male habitam et in foveam conjectam eſſe, ex qua extracta in noſocomium delata fuerat; inde ſignis monſtravit, ſe iugulo conſtrictam pedibusque in pectore calcitratam fuiſſe; inſtituto examine nullae laeſionis in collo ſigna, ſed ſcrobiculum cordis tumidum et dolentem invenerunt medentes; ſepoſito igitur liqu. nervino veſicatorium collo, linimentum vol. ſcrobiculo cordis applicuerunt et infuſum

ſum florum arnicae exhibuerunt, poſtea indicato l[oco] co dolente in collo 2. digitos tranſverſos ſuper [la]num, intus tinct. aſſ. foetid. extus ſpir. ſal. amm[on] cum ſpir. lavend. compoſ. et camphora, et radic[em] zingiberis maſticandam, variaque poſtea rubefacien[tia] tia externa; ſed omnia ſine ſucceſſu. Poſt 10. [ſe]x hebdomadas cuſtos narravit, aegram pridie probabi[li]liter acum deglutiviſſe, in parte ſuperiori oeſophag[i] haerentem; huius detruſione tentata ſubito exclam[a]vit aegra ſe ſanatam, et inde venaeſectione, gargariſmatibus et pulte avenacea per aliquot dies aſſumta curata eſt, ac licet nonnunquam ſymptomatibus hyſtericis afficiatur, tamen loquela numquam plane caruit.

p. 250. XX. *Selecta diarii noſocomii Fridericiani pro anno* 1788. *continuata auct.* FR. LUD. BANG. Febre bilioſa laborantes, una licet iam facta metaſtaſi, ab alia tamen non ſemper eſſe immunes. Somnum multum in his febribus parotidis praenuncium eſſe, ſaepius obſervaſſe ſibi viſus Cl. Auctor. Dolor fixus ad pectus durante hac febre, venaeſectionibus et camphoratis diſcuſſus, reſidua tamen debilitate cum tuſſi continua, ſub uſu decocti chinae cum ſenega tandem expectoratione puriformi ſublatis; illum nec metaſtaticum nec rhevmaticum fuiſſe, ſed a materia morbifica nondum cocta, ex maſſa ſanguinis ad pectus depoſita declarandum. — In homine ſuperiore anno phrenitide affecto ſigna eius praenuncia per 5. dies; poſt venaeſectionem lbij. et pulverem temperatum camphoratum cum moſcho inſequente nocte grave delirium, ſub agitatione ſumma ex vena ſponte aperta largum ſanguinis profluvium, dein ſomnus per totam diem durans, quo finito omnia ſymptomata evanuerunt, ſolo ſuſurro aurium relicto, hirudinibus ad tempora cito ceſſante. Symptomata ſimilia poſt epilepſiam relicta venaeſectione, hirudinibus ad tem-

pora

ſora, et alvi ductionibus brevi devicta. Dolor pectoris cum tuſſi ſicca, et dolor cardiae cum vomitu omnium ingeſtorum, pertinaci alvi obſtructione et flatuum retentione, poſt ſiccatum herpetem in manu large ſuppurantem, multis adhibitis remediis ſemel iterumque pacari viſa; tandem aegra in noſocomium delata methodum involventem elegit Cl. Auctor, infuſo radicis ſaleb et althaeae vomitus ſenſim ceſſabat, ſed poſt aliquot dies redibat cum ſymptomatibus bilioſis, quare primo ſolutio tart. emet. et poſtmodum ipecacuanha vomitus adiutus ac demum anima rhei cum liqu. anod. exhibita et aegra reſtituta eſt. In cadavere hydropici largum extravaſatum ſpiſſum, gelatinoſum, reſorptionis ideoque curationis impoſſibilitatem monſtrans. — Inſolitae ſymptomatum febris bilioſae viciſſitudines, volatilem materiae ipſius indolem declarantes. Liquor nervinus optimum cardiacum in febre putrida. Olei ricini uſus in dyſenteria, praemiſſa ipecacuanha; item clyſmatum oleoſorum. Gravior morbi gradus a reſolutione humorum, ſub initio oedemate extremitatum et maculis numeroſis lividis in toto corpore et facie ſe declarante, conſpirante anni tempore ad inteſtina delato, evacuantia blanda oleoſa interpoſitis diaphoreticis et cardiacis, et tardius ob metum inflammationis venaeſectionem exigens, ac poſt 28. demum diem ſubſiſtente adhuc dolore abdominis impoſito veſicatorio et exhibita emulſione camphorata, tandemque liqu. nervino curationem abſolvente; in alia aegrota iuncta ſymptomata graviſſima febris bilioſae vomitusque continuus, cui tandem theriaca Androm. emplaſtri modo toti abdomini impoſita et poſtea gummi arabicum levamen attulerunt. Colica flatulenta poſt incaleſcentiam pota cereviſia orta 4. hebdomadas durans, aliis fruſtra in uſum ductis intra 5. dies magneſia cum rheo et interpoſito liqu. ner-

nervino ſublata. Alvum non ſemper poſt devictam inflammationem inteſtinorum ſponte fluere, et tunc clyſmatibus emollientibus ſolvendam, aegrisque convaleſcentibus a frigore cavendum eſſe. — Dolores arthritici in capite denique fixi, largiſſima ſuppuratione per veſicatorium excitata diuque ſuſtentata ſublati. Anaſarca diureticis fruſtra exhibitis, cute in eruribus diſrupta ulceribusque demum inflammatis, hocque auxilio ſero hydropico ſoluto, ope mixturae ex ſolutione crem. tart. ſolub. et ſpiritu ſalis dulci cruribusque epithemate vinoſo aromatico fotis curata. Febris biliosa cum hepatitidis ſymptomatibus poſt primum remitorium, accedente poſtea vomitu ſpontaneo arte adiuto ſenſim ſublata, ut appareat cauſſam ſymptomatum horum ſolam ſaburram fuiſſe. Febris putrida tarde ſe declarans, ſymptomatibus antea levioribus viſis. — Febris quotidiana pertinaciſſima mira ſymptomatum viciſſitudines ſubiens, ſublata tandem ſcabie aeque pertinaci nec niſi ſalivatione demum mercuriali ſananda. — Inflammationem internam ex ſero hydropico regreſſo ortam vix niſi redeunte priſtino tumore ceſſare, ipſumque optime ſibi relinquendum eſſe. — Arthritici dolores a terrore orti, diarrhoea ſpontanea ſibi ipſi relicta maximam partem ſublati, ita ut liqu. nervinus, balneum vaporis et veſicatorium infra genu curationem abſolverent. Hydrops ab immiſſis in aquam frigidam pedibus ſudantibus; ſacrifatione crurum et veſicatorio ob cephalalgiam nuchae impoſito ſudor noctu ſponte ortus per 5 hebdomadas ſubſiſtens curationem praeſtitit, qua occaſione quaerit Cl. Auctor, annon veſicatoria locis non affectis in eodem morbo crebrius uſurpanda? Sphacelus lethalis pedis a metaſtaſi febris bilioſae. Variae aliae eiuſdem febris viciſſitudines, memorabiles eae, ſed ob brevitatem nobis praefixam non repetendae. Dolor cardiae a refrigerio, per annum lente increſcens,

acce-

ccedente tandem vomitu omnium ingeſtorum, ve-
aeſectionibus repetitis, emulſione camphorata et in-
uſo radicis ſaleb uſuque externo linim. vololat. intra
uadriduum curatus. Diarrhoea chronica multis
emediis oppugnata cum tumore crurum alternans,
uccedente poſtea ſudore largiſſimo imminuta; con-
inuato vero opii cum ipecacuanha iuncti uſu paro-
yſmus quaſi convulſivus cum aphonia acceſſit, ſed
oco huius remedii ſolis oculis cancr. et mixtura ex
ſſ. caſcar. tinct. rhei vinoſa et liqu. anod. adhibitis
egra demum convalu't (inter medicamenta data in-
venimus plantaginem *aquaticam* (?) in infuſo theifor-
mi). Diabetes in iuvene iuncta fame inſigni, quae
quum acidi ſuſpicionem moveret, anima rhei cum
dimidia parte ol. tart. per del. alternatim cum pulve-
re ex antimonio et oculis cancr. data ſunt, quibus
remediis plane convaluit. Vomitus crebro recur-
rens, praecedente dolore ſub ſcapulis et inter eaſ-
dem, ſudore ſub uſu magneſiae cum ſale plantarum
et aquae calcis erumpente levatus, hoc ceſſante re-
diens, et poſt balneum fruſtra uſurpatum ſudore
ſponte reverſo, adhibito ſapone et pulvere ex ocu-
lis cancr. et camphora fugatus, probabiliter rhevma-
ticae vel arthriticae originis.

XXI. *Obſervationes II. de iſcuria* (iſchuria) *ob-* p. 299.
latae 1. *Dec.* 1785. *a Cl.* DE MEZA *ſen.* Prior caſus
eſt viduae 40. annorum, ab animi pathemate ſubito ea-
dem affectae; irritis remediis aliis urina cathetere edu-
cebatur, et chirurgus in utero, cuius orificium ſpaſ-
mo occluſum erat, durum quoddam corpus latere
putabat. Per 4. menſes altero vel tertio quovis die
redeuntibus convulſionibus et iſchuria catheteris uſus
requirebatur, alvo interim clauſa et alternis diebus
oleo ricini ſollicitanda; praeterea antiſpaſmodica et
nervina ſemper fruſtra exhibebantur. Tandem aegra
curationis pertaeſa naturae omnia commiſit, ſenſim

reſtituta, ita ut poſt 8. menſes perfecta ſanitate gaudeat; ſpaſtica uteri contractione pro cauſſa iſchuriae habenda. Alter caſus ſiſtit morbum in homine fere ſexagenario a debilitate et atonia vesicae poſt catheteris uſum tinct. cantharidum ad 10. et poſtea ad 5. guttas tertia quaque hora interpoſitaque emulſione ex gummi arab. cum camphora curatus. Cantharides olim ad gr. j. in ſubſtantia in ſimili morbo exhibuit Cl. Auctor, ſed cum maiore moleſtia.

p. 306. XXII. *Obſervationes medico-practicae ſubſectae auct.* I. B. RANOE, *praelectae* 22. *Dec.* 1785. Anti-phthiſica olei aſphalti virtus, duobus exemplis confirmata. Paraphroſyne febricoſa: iuvenis poſt indigeſtionem aliquot dierum nocte ſubito delirare coepit, ſubſequente ſomno tranquillo: altero mane tantum de laſſitudine univerſali queſtus, functionibus omnibus ſanis. Poſt uſum pulverum camphoratorum verſus veſperam delirium vehementius rediit longiusque duravit, ſed abſque febre. Inde extra paroxyſmum cortex per. largis doſibus datur, quo delirium indies magis imminutum finito paroxysmo plane evanuit. Haematuria ſpontanea, antea levior et neglecta, poſtea largiſſima ad ſyncopen uſque, nulla detegenda cauſſa, venaeſectione, laxante et refrigerantibus coercita, poſt 6. menſes reverſa et exhibito 3. quaque hora grano dimidio ipecac. ſedata, ita ut iam per biennium non redierit. Aridura curis dextri a rhevmatiſmo antea per plures annos vago in iuvene intra 5. hebdomadas antim. crud. et oculis cancr. ana ℈j. bis de die ſumtis potoque infuſo calido flor. ſamb. et arnic. ſublata.

p. 311. XXIII. *Obſervationes practicae* 5. *Ian.* 1786. *oblatae a* RUD. BUCHHAVE. Otorrhoea aquoſa: infans bimulus lapſu a ſcala caput in terram impingit, unde ſtatim ex meatu auditorio dextro aqua pura falſa guttatim continuo effluit, manu ſiniſtrae cranii parte

arti ſaepius admota; altero die laxans porrigitur et ac cum herbis reſolventibus coctum iniicitur; tertio die febris, oculi lacrymoſi, palpebrae tumidae, aquae fluxus interceptus: convulſiones; venaeſectio ℥iij, bis inſtituta nitrumque datum; die 4. febris ſubſidens, aqua iterum copioſe exſtillans; ſequenti nocte primi inſultus epileptici, mors. Cauſſa quaerenda in ruptura vaſorum quorumdam lymphaticorum. Similem caſum vidit Cl. WINSLOVIUS ab impulſu capitis in corpus durum, ubi os petroſum rima transverſa fiſſum. Suppuratio a rhevmatiſmo arthritico excitata: vir cacochymicus a domicilio humido per hyemem rhevmatiſmum pectoris cum tuſſi et ſaburra ventriculi contraxit, quibus diſcuſſis cephalalgia arthritica ſucceſſit, tandem menſe Maio abſceſſu in temporibus arte aperto, pus bonum fundente, licet oſſe temporum iam carioſo; recrudeſcente Iunio cephalalgia chirurgus pulverem alterantem Edinb. exhibuit ſimulque decocti tamarindorum uſum conceſſit, quibus febriles motus, aphthae, ſingultus, ſitis excitata ſunt, dolores a capite ad pectus internum, humerum dextrum et genua delati; tandem omnis materia rhevmaticoarthritica genu dextrum petiit, oborta ſimul ſalivatione linguaeque et faucium exulceratione; tandem abſceſſus ad genu apertus, et aeger demum viribus exhauſtis ineunte Iulio mortuus. Colica periodica alternis diebus rediens, praemiſſis venaeſectionibus, epithematibus calidis, clyſmatibus, emetico et evacuantibus, geo urbano fugata. Haematuria ipecac. gr. ij. bis de die exhibitis ſedata. Hernia incarcerata epithemate frigido ſponte retrogreſſa.

XX. *Deſcriptio et methodus medendi morborum epidemicorum Helſingorae anno* 1785. *graſſantium, communicatae per* CHRITS. IAC. THEOPH. DE MEZA. p. 332. *Morbilli.* Angina pituitoſa, in qua interdum em-

plaſtrum de meliloto cum camphora collo appli-
tum ſalivationem movit, veſicatorio in nucha con-
peſcendam; in ſuppuratione interna emeticum ma-
xime proficuum. Tuſſis convulſiva: in hac flor.
zinci, iuterpoſitis alternis diebus emeticis et laxa-
tibus. Febris intermittens tertiana, Maio et lun.
admodum mitis, nullis primarum viarum impe-
tatibus ſociata; in gravida rebellis, cortice peruv.
no in quotidianam mutata, poſt partum protin.
ceſſans.

p. 399. XXV. *Uſum forcipis Levretianae in extrahen.
capite obliquo ad marginem lateralem pelvis ſito vindi-
cat* MATTHIAS SAXTORPH. Ex variis, qui ſibi ob-
venerunt, caſibus unum enarrat, in quo pelvi ben.
conformata uteroque recte ſito frons infantis dextr.
mentum ſiniſtro lateri obverſa, occiput ſuper margi-
nem lateralem dextrum elevatum erat; brachium fe-
mineum forcipis oblique a mento ad occiput intro-
duxit, ita ut illius margo concavus collum fetus re-
ſpiceret, deinde brachium maſculinum a commiſſur.
genitalium inferiori iuxta os ſacrum etiam oblique
verſus angulum dextrum poſteriorem pelvis ad pro-
montorium oſſis ſacri intulit; ſic totum caput forci-
pe comprehendit, brachiis iunctis directionem ob-
liquam inter tuberoſitatem iſchii ſiniſtri et angulum
dextrum ad promontorium oſſis ſacri ſervantibus; ma-
nubria oblique ad latus ſiniſtrum ſub femore ſiniſtro
elevato haerentia ſucceſſive in data directione attra-
xit, donec facies ad os coccygis appropinquaſſet,
tunc ſucceſſive iterum brachia verſus pubem elevi-
vit, donec totum caput in ſitu directo ad aperturam
pelvis inferiorem circumductum eſſet, ita ut eius
longitudo oſſi ſacro reſponderet; tum caput, prae-
via facie, mento arcui pubis innixo, ulterius elevan-
do et verſus abdomen extrahendo manubria, ſine
perinaei ruptura extricavit. Manubria huius forcipis
plica

plicatilia ſibi parari iuſſit, quo commodius portari poſſit inſtrumentum; huius conſtructionis clariorem ideam icon adiecta exhibet.

XXVI. *Obſervationes medico-practicae ſubceſivae*, p. 346. *auct.* A. B. RANÖE, *praelectae* 2. *Nov.* 1786. Radicis belladonnae effectus in tuſſi convulſiva, ſimiles iis, quos Cl. BUCHHAVE ſuperius praedicaverat: praemiſſo iteratoque pro re nata emetico mane et veſperi pro varietate aetatis grana a dimidio ad tria exhibita ſunt; hebetudo oculorum brevi diſparuit, excepta puella 12 annorum gr. iij. quavis doſi uſa, in qua per 14 dies ſubſtitit. Deglutitionis et loquelae privatio ab immobilitate linguae ſubita: veſicatorium in nucha et poſtea emetico-laxans deglutitionem, et mobilitatem linguae cum loquendi facultate collutio oris ex infuſo frigido vinoſo radicis pyrethri et ſemine ſinapis anglicae adiecto pauxillo ſpiritus lavendulae compoſiti reſtituit. Ileus ſpaſmodicus in hyſterica, aqua frigida copioſe pota et abdomini applicata ſublatus, laxantibus lenibus poſteaque decocto cort. per. ſaturato et conveniente diaeta curationem abſolventibus. Colica in iuvene a taenia, pulvere filicis maris ad ʒj. mane, et poſt aliquot horas electuario ex pulv. rad. ialap. gr. xv. merc. dulc. gr. vj. gumm. gutt. gr. iij. et ſyr. roſ. ſolut. ſumtis, hisque remediis poſt aliquot dies repetitis, multis eiectis taeniae latae fruſtris curata. Scorbutus ruber. ita morbum denominat Cl. Auctor in viro a ſola triſtitia et puſillanimitate natum, ſymptomatibus ſcorbuti, cute, ubi a maculis ſcorbuticis libera erat, coloris rubri; curatio duobus pomis citri quotidie comeſtis, decocto ſaturato cort. per. admixto ſpir. vitrioli, vino generoſo, diaeta nutriente, motu conveniente, frictione gingivarum cum ſucco citri, intra 3 hebdomadas praeſtita.

p. 355. XXVII. *Quaedam de maculis et exanthematibus raro obvenientibus annotata*, 9 *Oct.* 1786. *oblata a* RUD. BUCHHAVE. In herpete lactentium ſali tartari *) ſalem ſodae utiliter ſubſtituit, minus acrem poſſe latoque gratiorem, cuius ʒj. in aqu. ceraſ. ʒiiij. ſolutis addita ſyr. de manna ʒj, infanti cochlearia pro tribus duo, nutrici cochlear maius ter de die exhibet. Progreſſis tumoribus ſcrophuloſis glandularum colli in nonnullis oriri vidit maculas variae magnitudinis, parum elevatas, albicantes, duras, doloris paene expertes, in interioribus labii inferioris, et poſtea in una aegrarum in margine linguae, kerme minerali demum devictas; poſtea in pluribus ſimiles maculas ſulphure antim. aur. citius profligavit. De herpete ſpecie quadam in iuvene forſan a refrigerio, cum eryſipelaceo corporis rubore et febre, crem. tart ſolubili exhibito intra 5 dies ſanata. Herpes hemeropathos, efflorescentiis maculatis ſupra cutim elevatis, rubicundis, duriuſculis, latis, plerumque circularibus et margine elatiore, rubicundiore, duriore, poſt 12 horas evaneſcentibus, ſuccedentibus in aliis locis aliis, toto corpore initio tumido; laxans, infuſum theiforme ſennae, et tranſpiratio brevi malum ſuſtulit. Herpes epinyctis in puerpera poſt lactis regreſſum, externo ſpir. ſal. ammon. uſu brevi ſublatus. Efflorescentiae rotundae guttaceae ſolitariae in extremitatibus infantis bimeſtris, ſalis ſodae uſu ſenſim evanescentes. Variolae inſolitis ſymptomatibus praegreſſis 8 die erumpentes. Variolarum ſparſim ante veram eruptionem enatarum exempla quaedam; aliud variolae unicae, quod ſaepius accidere et negligi, ideoque haec ſubiecta a variolis immunia putari ſuſpicatur Cl. Auctor (Recordamur pueri 4. circiter anno variola

*) Vid. Comment. Vol. XXVII. p. 204.

variola unica in dorso manus affecti, toto morbo variolioso decursum consuetum absolvente, post 16. annos variolas veras copiosas iterum passi.)

XXVIII. *Vesicatorii usus in hydrope pectoris, no-* p. 369.
tatus a IOH. HENR. SCHÖNHEYDER. Aegri hoc remedio sanati fuerunt vir 68 annorum, cui ob sensum ponderis et tensionis in cardia, non tamen dolorifica, in hoc loco quinquies, interiecto 8 vel plurium dierum spatio applicatum est, et pueri duo, alter a refrigerio, alter post variolas hoc morbo affecti.

XXIX. *Observationes varii argumenti artem ob-* p. 373.
stetriciam spectantes, auct. CHRIST. IAC. THEOPH. DE MEZA. Primipara, capite fetus in inferiore pelvis apertura immobili per plures horas haerente, convulsionibus gravissimis correpta, quibus venaesectiones, temperantia et laud. liqu. oppositа fuerant, extracto demum a Cl. Auctore advocato fetu vivo protinus post partum mortua. Partus facie praevia, fronte anterius, mento cavitati ossis coccygis adhaerente; forcipis Smellianae brachiis quam alte fieri poterit introductis ac deinde perinaeum versus depressis unitisque deorsum tractis, donec frons solveretur et sinciput ad exitum pararetur, tunc elevato forcipe caput extractum, infantisque vita sufflaminata solitis remediis resuscitata. Aquarum nimia copia in una eademque femina ter caussa protracti partus. Exemplum placentae 4. demum die exclusae, quum ob alvum triduo clausam clysma iniectum esset; et aliud, referente obstetrice, die sexto.

XXX. *Observationes medico practicae subsecivae,* p. 392.
auct. A. B. RANÖE, *praelectae* 29. *Mart.* 1787. Post insultum apoplecticum residua paraplegia artuum inferiorum cum incontinentia urinae convenientibus remediis non cedente, aegro genio rursus indulgente, accessit diarrhoea pilulis ex sapone, gummatibus, scilla et aloe adiuta, morbum sensim plane tollens.

Febris continua in iuvene plethorico ex intermittente orta cum vomitu ſanguinis quovis mane recurrente, praemiſſis venaeſectionibus et clyſmate cum decocto cort. per. cum ſpir. vitrioli. Rheumatismus vagus a refrigerio, venaeſectionibus et methodo antiphlogiſtica peior redditus, liqu. nervino, camphoratis, kerme min. et veſicatorio curatus. Haemoptyſis veſicatorio ſanata, aliis auxiliis per 5. dies fruſtra adhibitis.

p. 399. XXXI. *Obſervationes raro in praxi medica obvenientes, oblatae* 12. *Apr.* 1787. *a* RUD. BUCHHAVE. Femina hyſtericis et arthriticorheumaticis affectibus laborans a laud. liqu. gtt. 10. congeſtionibus ſanguinis verſus caput, preſſione pectoris, nauſea et vomitu affecta. Tuſſis febris intermittentis comes et una cum illa evaneſcens. Vaginae uteri in duabus feminis concretio a larga leucorrhoea poſt puerperium. Haemorrhoides in puella quinquenni debilis conſtitutionis, per ſex menſes qualibet 2. 3. vel 4. hebdomade redeuntes, poſt evacuantia geo urbano curatae. Menſtrua vix expleto 11. anno copioſe erumpentia, raro in regionibus borealibus exemplo. Tartari emetici doſes maiores, altera gr. xj. in viro maniaco, altera gr. xij. in iuvene melancholico neceſſariae. Puella triennis ab incunabulis dyſpnoea laborans, ac eadem morbillis liberata. Infuſi tabaci in clyſmate uſus adverſus aſcarides, caute tamen in hyſtericis et ſpaſmo obnoxiis adhibendi. Ab incauto aquae vegetomineralis in ophthalmia (forſan venereae, licet id ex relatione non ſatis pateat) uſu humor aqueus ſpiſſior redditus; mucilago cydon. cum camphora et hirudines ſex oculo circumpoſitae incommoda ſenſim diſſiparunt.

p. 408. XXXII. *Hiſtoria coniugum duorum hydrophobia demortuorum, oblata* 23. *Nov.* 1786. *a* C. E. MANGOR. Sutor 40. annorum macilenti corporis 1774. in

in melancholiam, nulli cauſſae morali adſcribendam, ſed probabiliter a vitio hepatis aut alius partis ad generationem bilis concurrentis repetendam, incidit, quae omnibus remediis reſiſtens poſt 9. menſes ſponte diſparuit, a quo tempore ultra ſeſquiannum ſanus viſus, ſed tranquillior quam olim, Nov. 1776. de cephalagia, laſſitudine, et morbo quaſi interno totius corporis querebatur; veſperi diei ſequentis oppreſſio et orgaſmus ſanguinis, et intra horam denegata liquida deglutiendi facultas; creſcentibus ſenſim ſymptomatibus, mentis tamen plerumque compos, mortem praevidens et timens, remediis adhibitis nullum levamen afferentibus (quorum tamen applicatio, medico abſente, a propinquis non ſemper exacte ſatis obſervata eſſe videtur) poſt 112. circiter a primo morbi initio horas ſub convulſionibus haud vehementibus exſpiravit. Contagium accuſari nullum poterat, niſi quod praecedente vere catulus lactens, quem ſub aqua mergendum detinuerit, manum ipſius prehenderit ac ſine minima cutis laeſione momorderit, a quo tamen accidente nullum terroris indicium ediderit; quare morbus magis ſpontaneus putandus. Uxor illius, 33. annos nata, ſollicitam mariti dilecti curam gerens, eum blanditiis et oſculis ſaepius erigere conata, iacturam eius valde lugens, 10. ab eius morte die veſperi oppreſſionem queſta, poſtridie nauſea et averſatione potus affecta, tamen ſpiritum frumenti veſperi hauſit, poſtea vero ſenſim hydrophobia magis ſe evolvit, venaeſectio nullum levamen attulit; medicamenta interna pauca, poſtea plane nulla aſſumere poterat; ad ſolum balnei nomen oculi rigebant; linimentum mercuriale collo infricandum negligebant propinqui ob metum morſus; durante morbo menſtrua fluxerunt, et aegra ipſa, ſemper mentis compos, venaeſectionem bis efflagitavit ad ſpaſmos internos levandos, poſt alteram

etiam

etiam largum hauſtum vini rhenani bibit, aquae interim deglutitione impoſſibili; poſtridie quaſi moribunda iacuit, audita quaeſtione, an hauſtu recreari optet, convulſa eiulans, inde rurſus quieta, donec media nocte placide obiret. Sectio cadaverum non inſtituta. Pulſus in utriſque ſemper febrilis; delirium furibundum in neutro; quod ergo pro ſymptomate temperamenti aegrorum habendum; neque igitur rabiei nomen proprie huic morbo competere. Exemplum morſus irati hominis aliudque irati canis, hydrophobia nulla inſequuta. Originem hydrophobiae ſpontaneae hypothetice Cl. Auctor bili quacumque de cauſſa acerrimae redditae, ſucco pancreatico per commiſtionem cum eiuſmodi bile depravato (praeſertim quum anatome ductum pancreaticum interdum in duodenum proxime ab orificio ductus choledochi, interdum hoc ipſo ductu terminari doceat) et viribus huius mixti in ventriculum, fauces, gulam, poſteaque in nervos et ſenſorium commune ponit, et hinc forte ſub prima morbi ſuſpicione emetica repetita et ſialagoga quaecumque quam maxime inſervitura hariolatur. Cura medici ad erigendum animum aegri. Salivam rabidi canis cuti integrae illitam malum non producere, variis exemplis probatur. Dubium de communicatione per coitum. Non improbabile, HIPPOCRATIS tempore morbum notum fuiſſe, ipſumque forſan propria experientia deſtitutum eiuſdem nullam mentionem feciſſe.

p. 438. XXXIII. *Obſervatio de virtute antihydropica foliorum digitalis purpureae, auctore* BRAESTRUP. Vir 42. annorum hydrothorace laborans, a variis remediis levamen quidem, ſed non conſtans, expertus pulveris fol. dig. purp. gr. j. cum tart. vitriol. ℈j. ter de die ſumſit, unde intra 3. hebdomadas aucta diureſi et alvo laxiore morbus ſuperatus eſt, nec niſi poſt 18. menſes rediit, ſed et tunc ʒj. pulveris foliorum devictus.

Idem

Idem effectus, loco tart. vitr. adiuncto saccharo, in ascitica 36. annorum, sesquidrachma consumta.

XXXIV. *Virtus opii in syphilide confirmata, auct.* JOH. HENR. SCHÖNHEYDER. Efficax sed in coniunctione cum assa foetida et nonnunquam decocto cort. per. aut interpositio mercurio dulci, se probavit in inveteratis ulceribus venereis, eiusque effectum in eo ponit Cl. Auctor, quod nervos ad stimulos miasmatis venerei insensibiles reddat, ita ut hoc sensim absque ulteriore noxa per vires naturae medicatrices ex corpore expungi possit; huc quoque referendam esse vim antisepticam opii, qua necrosin sanare visum sit. p. 445.

XXXV. *Epilepsia pedisymptomatica sola ligatura curata a* C. E. MANGOR. Virgo 30. annorum, per 15. annos insultibus primo convulsivis, postea vere epilepticis affecta, frustra emmenagogis, et purgantibus tractata, tandem quum relatum acciperet Cl. Auctor, ipsam a 10. ad 14. annum ulceribus pedum laborasse intempestive consolidatis, et ab eo tempore morbum istum initia cepisse, huiusque insultus sensu formicationis in plantis pedum praenunciari, ligaturam a plantis pedum usque ad femora praescripsit, quo solo remedio morbus per semestre siluit, venaesectione omni trimestri repetenda, salubri victu et laxante antiphlogistico interea in usum ductis. Deposita postmodum ligatura non amplius necessaria credita, a subito terrore convulsio rediit, sed vena secta, applicata rursus ligatura et sumta unica dosi pulveris antispasmodici iterum sanitas rediit, post 11. adhuc annos illaesa subsistens. p. 452.

XXXVI. *De frictionum usu in febribus intermittentibus commentatio* VRB. BRUN AASKOW, *pronunciata* 7. *Febr.* 1788. Duobus exemplis in febre tertiana protractiore ille evincitur, magis tamen commendabilis in subiectis laxis phlegmaticis, quam robustio- p. 460.

buſtioribus ſanguineis vel bilioſis; magis in febribus a tranſpiratione ſuppreſſa et in conſtitutione pituitoſa, quam aeſtate. Tempus frictionibus conveniens ſit hora una vel altera ante inſtantem paroxysmum; fiant pannis laneis per totum corpus, incipiendo a capite, cervice, ſpinaque dorſi, leniores ſub initio, augendaeque ſenſim, prout ferre poſſunt aegri, ne nimium incaleſcant.

p. 466. XXXVII. *De febre intermittente frictione curata obſervationes II. factae a* MARCO WÖLDIKE KALL. Frictiones linteis factae; effectus protinus ſubſequutus. Hae ipſae obſervationes Cl. AASKOW ad ſimilia tentamina commoverunt, de quibus articulus praecedens expoſuit.

II.

Acta regiae ſocietatis medicae havnienſis. Volumen III. Havniae, MDCCXCII. Sumptibus C. G. Proft. Excudebat Iohannes Rudolphus Thiele. 8. pagg. 456.

p. 1. I. *Obſervata quaedam circa epidemiam bilioſo-nervoſo-putridam inter nautas claſſis regiae danicae ad finem anni* 1788. *et initium anni* 1789. *graſſantem oblata* 27. Mart. 1789. *per* H. CALLISEN. Morbus ſymptomatum gravitate, inſolito contagii gradu et maiore lethalitate inſignis omnes naves bellicas maiores mari commiſſas, unica excepta, infeſtavit, minores non aeque; incepit octobri ſub larva catarrhi, ſenſim in indolem bilioſam abiens, in ipſo noſocomio per diuturnum gelu exaſperatus, hoc minuto decreſcens, redeunte peior iterum redditus, nec adhucdum plane ſublatus, ita ut intra 4. menſes 1766. in noſocomium recepti ſint, ex quibus 232. mortui (plures iam moribundi eo delati) 1534. reſtituti,

40. adhuc ſuperſtites, quorum tamen vix unus et alter in vitae diſcrimine verſetur. Triſtiſſima morbi in iis, qui ipſum in mari contraxerant, imago; in iis, qui in noſocomio afficiebantur, aut leviora ſymptomata morbi acceſſum declarabant, poſt aliquot demum dies aucta, accedentibus poſtea inſultibus febrilibus repetitis, aut ſubito frigus inſigne cum gravi dolore dorſi et lumborum, anxietate ſumma, vomitu bilioſo levante, brevi poſt calor ardens cum reliquis ſymptomatibus graviſſimis, paucis horis delirium furioſum, convulſiones, mors; in utroque caſu febris ſaepe ſubito evaneſcebat, accedente gangraena variarum partium, eaque, ſi totam ſuperficiem corporis vel naſum tangebat, paucis horis lethalis, in extremitatibus interdum ſalutaris; plerique eorum, quibus pedes lente decidebant, tandem maraſmo exſtinguebantur. Capitis affectiones haemorrhagia narium levabat, remanente tamen dolore tenſivo praecordiorum auctaque debilitate. Icterus gravior 4. vel 5. die plerumque lethalis; leviorem ſymptomata mitiora comitabantur. Sudor largus in nonnullis ſymptomata quidem cito fugabat, non autem morbum, ſed vel gangraena extremitatum inferiorum vel naſi inſequebatur, aut morbus peior redibat, aegrum denique conficiens. Imminente gangraena pedum ſuppreſſa, alia ſymptomata increſcebant, ita ut duo ſphacelo naſi morerentur, alii vix poſt menſes evaderent. Diarrhoea in ictericis lethalis, eoque citius, ſi ſphacelo a decubitu iungebatur. Nonnulli abſque ſymptomatibus ſiniſtris febre lenta 6. 8. vel 10. demum hebdomade moriebantur; plurimis 11. morbi die tranſpiratio aucta 4. vel 6. dies ſubſiſtens levamen morbi ac denique medelam adferebat, inprimis aliquali ſalivatione iuncta. Febris continua, nonniſi ab emeticis aliquantum remittens, quae etiam tuſſim convulſivae quaſi indolis primis diebus accedentem

tem

tem tollebant, diarrhoeam exitialem praevertebat anxietates, ſymptoma quam maxime excrucians, ferebant, quae ſi poſt eorum actionem adhuc ſubſiſterent, uſu laudani liquidi WARNERI *) tollebantur. Nimio aegrorum numero propagatio contagii acris et munditiei cura exactiſſima coerceri non poterat, neque recidivas avertere; quamprimum convaleſcebant aegroti, bene loti novisque veſtimentis induti in domum diſtantiorem deportabantur, diaeta largiore reficiendi, et ſic ſenſim contagium imminuebatur, morbi licet vehementia nondum fracta. Quin ſphacelo ſolorum digitorum pedis afficiebantur, plerumque evadebant. In univerſum dies criticos nullos ſervabat morbus, numquam tamen ante 7. diem ſolutus, in quibuſdam quater aut quinquies rediens, et poſt languorem integrorum menſium denique ceſſans, in iis, in quibus decurſus magis chronicus, numquam ante 21. diem ſolvebatur, et in his ſphacelus a decubitu ſalutaris. Hydrops morbum aut comitans aut inſequens plerumque lethalis. In nonnullis poſt morbum ſuperatum parotides nulla arte in ſuppurationem vertendae, ſed abſque noxa reſolutae; in nonnullis glandularum colli tumor brevi ſuffocans; in uno abſceſſus metaſtaticus in regione lumbari, hoc aperto alius ſub muſculo pectorali, poſt eius aperturam abdominis et cruris tumor immanis et eodem die mors. Stranguria et iſchuria in quibuſdam ſub ſudore critico, morbi ipſius decurſum non mutans; in aliis ſub ſtatu convaleſcendi lumbago

*) Formulam huius remedii adiecit Cl. Auctor: Opii puriſſ. ʒvj, Saponis cum alk. min. parati, Terebinth. caſtilienſis aa ʒſs, Nucis moſch. conciſ. ʒi Camph. ʒiij. Croc. ℈ij. Spir. ſal. ammoniac. dulc. ʒix, digerantur.

ago plures hebdomadas subsistens, lentissime cessans. Curatio emetica vel ex tartaro emetico, vel praesente diarrhoea ex ipecacuanha, poscebat, saepius interanda; nonnulli tamen eorum usum non febant, in quibus ob inflammationis metum camhorata interna et externa, fomenta, linimentum volatile, vesicatoria, potio Riverii, intra paucos dies ymptomata sedabant, venaesectione numquam adhibita. In quibus vomitoria nullum effectum edebant, hi aut citius delirio et convulsionibus, aut tardius ictero vel sphacelo moriebantur. Hirudines et nix vel glacies congestiones versus caput non tollebant, nisi vomitu simul excitato. Cortex peruvianus remittente febre exhibitus eam quidem frangebat, sed aut sphacelo aut imbecillitate ac denique hydrope succedente; in aliis ne febrim quidem supprimebat, neque adversus icterum aut sphacelum quidquam valebat; nisi ultimo in casu interpositis opiatis porrectoque vino generoso, praecipue quum pars emortua separari inciperet. Si ipecacuanha diarrhoeae impar erat, bis vel pluries de die pulvis Doveri ex opii et ipecac. aa. gr. j. et tart. vitriol. ℈ß. et interpositus pulvis ex geo urbano et gummi arabico opem ferebat, in ictero quoque adhibito simul rheo cum sale ammon. vel tart. solubili, vel anima rhei cum liqu. terr. fol. tart. vel decocto rad. gram. et taraxaci cum rheo et tart. solub. proficuus. Adversus sphacelum item pulvis Doveri, vel laud. liquid. superius adductum ad 20 — 30 guttas quovis bihorio aut saepius porrectum. Moschus et camphora parum aut nihil praestabant.

II. *Rarum graviditatis phaenomenon observatum* p. 23.
ab ARNOLDO NIC. AASHEIM. In femina tenerrimae structurae quinquies sub graviditate observavit nodum trans musculos abdominales proxime super os

pubis ſiniſtrum iuxta ſymphyſin, non dolentem, pre-
ſioni externae cedentem, ſenſim mole auctum et cum
utero ad umbilicum uſque aſcendentem, nec tamen
latus ſiniſtrum relinquentem; ſub tertio demum par-
tu maiorem quam antea, et hoc quidem aeque ac
ſubſequentibus 8. menſe contingentibus, probabili-
ter a ſtimulo mechanico huius nodi in uterum ipſum;
in 4. prioribus puerperiis intra triduum fere diſpa-
rentem, ſed in ultimo diutius ſubſiſtentem et dolen-
tem, diarrhoea ſine vllo impuritatis primarum vi-
rum ſigno a preſſione vel leviſſima nodi recrudeſcen-
te, et hoc demum ſe abſcondente ſublata; lochiis et-
iam ab eius preſſione auctis. Ante 3. conceptionem
hernia femoralis in latere ſiniſtro a lapſu e rheda or-
ta eſt, quae poſt quamque conceptionem diſparet,
et lecto poſt finitum puerperium relicto ob reiectum
bracherii uſum redit. Inde concludit Cl. Auctor, her-
niam cruralem eſſe herniam ligamenti lati uterini ſini-
ſtri, et ex hac originem deſcripti nodi declarat.

p. 33. III. *Variolarum bis habitarum vicisſitudines et hi-
ſtoria. Obſervatio* IAC. MUMSSEN. Puella ſub epi-
demia variolis altero ſtatim poſt initium morbi die
erumpentibus afficitur, circa 9. diem ſiccari incipien-
tibus, cicatrices perſiſtentes relinquentibus; pure ex
iiſdem inoculatus eſt frater ipſius, ſed fruſtra. Poſt
integrum fere triennium hic variolas naturales con-
traxit admodum benignas; harum pure inoculata
eſt ſoror cum ſucceſſu, licet cicatricibus non rema-
nentibus, ut antea a ſpuriis. Novum documentum,
quanta cautione opus ſit in diiudicando recurſu va-
riolarum verarum.

p. 39. IV. *De ſcorbuto febrili recitatio* RUD. BUCHHA-
VE, 23. *Oct.* 1788. Puer ſeptennis poſt ſcarlati-
nam leviorem feliciter ſuperatam 14. circiter die do-
lore ſurae cum febricula affectus eſt, quo 3. die eva-
nido gingivas verus ſcorbutus infeſtavit cum ſubſi-
ſtente

ente febre, ſalivae et ſanguinis effluxu, dentium et ingivarum iactura, uſque ad 11. diem; dein ſanitas ediit, alveolis licet dentium denudatis ſubſiſtentibus, neque dentibus omnibus reſtitutis, et quibuſdam inciſivis poſt 6. menſes adhuc vacillantibus. Acrimoniam ſcorbuti effectum eſſe, non cauſſam, quae in languore univerſali virtutis vitalis, debilitate et torpore ſit quaerenda; in hoc caſu debilitatem a ſcarlatina reſiduam morbo originem dediſſe. Cur vero ſcorbutus gingivas praecipue petat, inter abſcondita naturae referendum.

V. *Phthiſis ſine ſuppuratione lethalis, notabili exſpicio demonſtrata*, *Auct.* FEID. LUD. BANG. Morbus in iuvene 21. annorum habitus corporis ad eum proclivis, a pota non raro ſub exaeſtuatione corporis aqua frigida ortus, ad 20. uſque hebdomadas variis medendi methodis adhibitis perduravit, accedentibus demum lethargo, oculi ſiniſtri protruſione cum occluſione palpebrae, pupillae dextrae dilatatione, tumore abdominis, excretionibus involuntariis et motibus convulſivis, morte finitus. Sectio vaſa piae matris turgida ſerumque in capite effuſum, pulmonem utrumque granulis duris refertiſſimum, dextrum ubique cum coſtis et pericardio coalitum, ſiniſtrum minimum, cum pericardio in unam quaſi maſſam concretum, inteſtina admodum expanſa, hepar in ſuperficie convexa nigrum monſtravit. p. 49.

VI. *De effectu gei urbani in febre intermittente*, *Auct.* BRAESTRUP. Tertiana erat cum inſolito caloris gradu et ſubſequente poſt ſingulum paroxyſmum inſigni debilitate, ſub uſu corticis peruviani in quartanam mutata cum ſumma virium iactura; gei urbani ʒij. morbum plane ſuſtulerunt. p. 57.

VII. *Deſcriptio variolarum epidemicarum anno* 1786. *Helſingorae graſſantium*, *Auct.* C. I. T. DE MEZA. Admodum benignae erat. In nullo aegroto p. 62.

conatus vomendi neque inſultus epileptici obſer
nec ſalivatio, diarrhoea mictusve cruentus. Co
nua in ſomnum propenſio cum rubore faciei var
confluentes certiſſime praenunciabant. Dubium
virtute lotionis faciei cum aqua frigida ad mit
dum ſanguinis affluxum ad caput. Puſtularum a
turam cicatrices non avertere.

p. 81. VIII. *Succincta de animadverſis circa ſcarlatin
anginoſam, Havniae anno* 1787. *epidemicam, enarra
21. Febr.* 1788. *fact. a* C. T. DE MEZA *ſen.* Di
ſa ab ea, quae ante decennium graſſata fuerat *),
aliis mitiſſima, in aliis ſequelis funeſtioribus. Ad
ti quam plurimi angina, pueri ſcarlatina ſolum
ficiebantur. Pueri duo poſt ſuperatam ſcarla
nam leucophlegmatia a refrigerio affecti poſt v
mitum 24. horas durantem ſopore et ſtertore
opinato ſuccubuerunt, procul dubio aqua in pect
re collecta; tertius a repletione ventriculi vomi
convulſionibus et ſtertore; alius iiſdem ſymptoma
bus affectus veſicatorio ad ſuras et moſcho ſervat
Puella abſceſſu ad aures neglecto, ſuppuratione egre
ſis oſſiculis auditus ſurda facta. In aliis auditus,
aliis loquela amiſſa ſucceſſu temporis redierunt.

p. 88. IX. *Obſervationes de uſu interno ſacchari ſaturni
quas ſocietati communicavit* M. SAXTORPH. Factae ſun
in noſocomio civili a chirurgo IACOBSON. Puella 2
annorum, a 12. anno hyſterica, aliquoties per diem
inſultu epileptico et ſingultu alternantibus affecta,
epilepſia a diuturno aliorum remediorum uſu magi
increſcente ipſumque ſenſorium commune afficiente,
ter de die ſaccharum ſaturni ad quartam partem grani
cum conch. praep. ℈j ſumſit, doſibus ſenſim uſque ad
6. per diem auctis, quibus poſt 8. dies evanuit epi-
lepſia, reſiduo ſingultu et dolore lateris ſiniſtri per
aliquot

†) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXXII. p. 52 ſeq.

quot annos percepto; remedio iſto ad gr. dimid. per diem per 5. hebdomadas ſumte convaluit, et deunte poſt annum morbo miliari aliaque vice accidente leviſſimo inſultu epileptico eodem remedio rata eſt. Effectus noxii nulli obſervati, praeter quam vomituritionem ſub initium; alvus laxa. Alia uella 35. annorum, epilepticohyſterica et nonnihil itus cum fluxus menſtrui moleſtiis, a grano dimiio primum ter, poſtea ſexies de die exhibito poſt 4 ebdomadas ſanata eſt, continuato poſtea per tres dhuc hebdomadas huius remedii ac dein infuſi quaſiae uſu. Puella 26. annorum, febris nervoſae ſymtomatibus affecta, a nullis remediis levata accedenibus tandem nonnullis ſymptomatibus hyſtericis itiem gr. dimid. eodem ut praecedens aegra modo ſumſit, unde primum vomituritio ac poſt 3. hebdomadas nigredo dentium et ſalivatio acceſſerunt, quae ſymptomata intra 14. dies continuato remedii uſu increſcebant, iunctis oris et linguae exulcerationibus et materiae amariſſimae virideſcentis per os cum levamine eiectione, quare per 14. dies quotidie tart. emet. gr. j. cum ipecacuanhae ℈j. exhibitis multa materia bilioſa poſteaque mucoſa evacuata eſt; poſtea per octiduum ſalis ammoniaci ℈j. cum rhei gr. v. quater de die et poſtmodum per aliquot ſeptimanas infuſum quaſſiae ſanitatem reddiderunt. Alia puella 20. annorum per tres hebdomadas quotidie grana octodecim (?) ſumſit abſque incommodo praeter leuem ſalivationem ac deinde vomitum, quare uſus huius remedii per aliquot dies ſepoſitus; in hac motus epileptici imminuti quidem, non autem penitus ſublati.

X. *Selecta diarii noſocomii Fridericiani pro anno* p. 99.
1789. *Auct.* F. L. BANG. In eo a methodo, quam in prioribus annis ſequutus eſt, Cl. Auctor diſceſſit, quod non ordinem temporis, ſed rerum ſervet, ſectionibus ſecundum varias morborum ſedes ſubiun-

ctis. Nobis non niſi pauca quaedam excerpere lic
Laudes ſpiritus vitrioli in febribus bilioſoputri
Cortici peruviano in iiſdem vix locus, antequam
ſtus in ſubfrigidum artuum habitum converſus
Kermis mineralis uſus in febre putrida, quando
tuitoſa vel catarrhalis colluvies pectus obruit.
tertianam per ſemina mezerei in ſpiritu frumenti
geſta fugatam mox ortus dolor conſtans cardiae
trium hebdomadum, ab omnibus ingeſtis exaſpe
tus, tribus venaeſectionibus et emulſione camphor
ta intra quatriduum ſanatus. Monitum de topic
rum ad dolores artuum diſpellendos uſu: „tam intu
ſolamina porrigere cautum medicum non decet“
Rheumatiſmus inteſtinalis, excitata poſt veſicatori
rum in brachiis laxantiumque ob odontalgiam uſum
febre bilioſa, alternum uſum evacuantium et eorum,
quae materiam morbi ad peripheriam propellunt ex
gens: quibuſdam tamen anni temporibus crebr
complicatio affectionum rheumaticarum cum febri
bus bilioſis, maiorem harum quam illarum curam po
ſtulans, ſed caute, ne materia rheumatica inteſtina petat.
Dolores vagi artuum per ſex hebdomadas, ſaliva
tione ſpontanea 14. dierum ſublati (praegreſſae ta
men conditionis corporis nulla mentio facta, cuius
quidem cognitio in noſocomiorum aegrotis non ſem
per acquiri poteſt). — Phthiſin a pleuritide ortam
prae reliquis eius ſpeciebus curationem admittere,
exemplo probatur. — Uſus electricitatis in affectio
nibus nervoſis poſt colicam ſpaſmodicam ortis. Ex
ulceribus cruris conſolidatis in femina 22. annorum
dolor preſſorius cardiae conſtans, intercurrente con
ſtrictione faucium, dolore capitis, ſcabie ſicca, ac
cedentibus ſub irrito uſu remediorum appoſitorum
convulſionibus epilepticis et doloribus vagis artuum;
tandem exhibitis per 4. hebdomadas veſperi et mane
merc. dulc. gr. ij. cum moſchi gr. dimidio ſub modi-

ea ſalivatione ſanitas rediit. Metaſtaſis materiae erysipelatoſae ex pectore ad teſticulos viasque urinarias (ubi rurſus infuſum fol. *plantaginis aquaticae* cum rad. althaeae tentatum, ſed ſine ſucceſſu, deprehendimus). Sectiones: in cadavere feminae febre putrida 4. hebdomadas affectae altero poſt ingreſſum in noſocomiun die exſtinctae, praeter alia moleſtiſſimum expanſionis in capite ſenſum queſtae, ſub levi cerebri commotione per rupturam tranſverſalem corporis calloſi tanta ſeri rubelli in ventriculis lateralibus copia, ut ſeptum pellucidum prorſus abolitum eſſet, baſi cranii ſimile extravaſatum continente. — Mors ſubita ſub depoſitione alvi in femina per tres menſes dyſpnoea, tuſſi cum ſputo frequenter ſanguineo, dolore vago pectoris, dorſi et brachiorum affficta: pulmone ſiniſtro ubique, dextro anterius pleurae accreto, multo ſero in poſtico pectore dextro, maximaque eius cum ſanguine remixti copia in pericardio. — Complicatio ſcirrhi pulmonum cum ſcorbuto lethalis. Iuvenis 18. annorum, poſt febrem rheumaticobilioſam variis pectoris affectionibus tentatus tandem aſthmaticus obiit, pulſu per totum morbi decurſum celeri, tenſo; ſectio praeter pulmones cum pleura coalitos et ſerum rubellum in cavis pectoris effuſum pericardium ubique cum corde, ſolito maiore et ſanguine condenſato diſtento, firmiter concretum exhibuit; quae mutationes materiae rheumaticae ad pectus delatae pericardiumque inflammanti ſine dubio adſcribendae, quae vero utrum a debilitate pulmonum praegreſſa, an ab evacuantium contra cruditates bilioſas abuſu profecta fuerit, incertum; pulſus conditionem ex concretione cordis et pericardii declarari. Decocti colocynthidis cum cerevi- ſia parati vires adverſus hydropem copioſius enarrandae diario ſequentis anni reſervantur (inferius Cl. BUCHHAVE obſervationes adducemus). In aegri poſt

dyſpnoeam cum febre quotidiana et expanſione abdominis abſque manifeſta fluctuatione mortui abdomine magna copia ſeri ſaturate ſanguinei, hepar in hypochondrio ſiniſtro, pus ſub inciſione fundens, et hoc ipſum, lien et inteſtina livida et laxiſſima inventa ſunt. — Poſt febrem intermittentem cum ſcorbuto remanſit conſtrictio abdominis ſupra et expanſio infra umbilicum cum ſenſu velut rupturae internae, ſi aeger corpus erigere tentabat: poſt mortem praeter inteſtina valde expanſa et hepar maximum inventum eſt emphyſema totum tractum inteſtini coli et meſenterii occupans. In alia totum hepar, excepta tenui parte ſuperficiem externam conſtituente, degeneratum in unam continuam maſſam ſteatomatoſam, pylorus valde prominens calloſus et ſteatomatoſus. — Salivationem non ſemper ab obſtructo pancreate, ſed etiam a calloſo ventriculo originem ducere poſſe. Vir 22. annorum, 7. hebdomadas colica ſine cauſſa notabili affectus, quae primo regionem umbilicalem cum ſenſu conſtrictionis occupabat, dein ſimul lumbos et latera abdominis afficiebat, alvo libera, appetitu integro, pulſu parum celeri et forti, methodo antiphlogiſtica dolore minui viſo, poſt menſem alternis vicibus mox varias abdominis partes, mox pedem dextrum eiusque iuncturas infeſtante, antarthriticis omnibus obſurdeſcente, opiatis denique ſolis mitigando; poſt 7. menſes obiit. Sectio monſtravit omentum maius extenuatum, nigreſcens, ad peluim prolongatum cumque ea, veſica urinaria et meſaraeo coalitum, pancreas magnum induratum, in colo et meſocolo multa tubercula glandulosa, nigra, molliuſcula; an primum morbi ſtadium inflammatio omenti? In femina 10. poſt partum menſe, per quod tempus continuam fere ſanguinis ex utero fluxum paſſa fuerat, mortua uterus in vagina penitus inverſus figura et magnitudine modici pomi, in fundo perfora-

tus,

tus, ſuperficie interna coloris obſcure rubri cum vasis nonnullis turgidis, inventus; praeterea pulmones pleurae accreti, polypus in ventriculo cordis dextro, mira adipis copia ſub cute, in abdomine et circa cor; hanc adipis accumulationem aeque ac extravaſationes ſeri et ſymptomata in aegra hac animadvertenda, debilitatem et affectiones nervorum, menorrhagiae iſti chronicae adſcribi debere.

XI. *De graviditate veſiculari obſervatio* A. B. RAnöe *communicata* 17. *Apr.* 1788. p. 151. Mulier aliquot menſes poſt partum difficilem gravidam ſe arbitrata poſt 4. fere menſes doloribus praegreſſis ingentem maſſam veſicularem excluſit, nullis ſubſequutis incommodis praeter levem haemorrhagiam et tranſitoriam debilitatem, poſtea etiam ſani et vegeti filii mater facta. Maſſa haec ex innumeris hydatidibus conſtitit, quarum aliae uvae, aliae piſi magnitudine, pauciores petiolis inter ſe iunctae, plures concretae, plurimae ſolitariae ſubſtantiae gelatinoſae albicanti immerſae, ſerum albeſcens viſcidum continentes. Utrum huius maſſae origo novae conceptioni, an fruſtulo placentae a partu praegreſſo reſiduo adſcribenda, dubium; in utroque caſu a degeneratione placentae profecta. Hydatidum ortus probabilior a celluloſa vaſa placentae connectente, quam a glandulis aut vaſis lymphaticis.

XII. *De uſu cucumeris colocynthidis in hydropis genere*, 9. *Dec.* 1790. *a* RUD. BUCHHAVE. p. 156. Vetula decocto eius cum cereviſia adverſus hydropem exhibito multorum attentionem in ſe convertens et Cl. BANG (de quo ſuperius diximus) et noſtrum Auctorem ad illud remedium tentandum excitavit. Praeter duos igitur caſus, ubi aegri feminam iſtam ad citius obtinendam curationem conſuluerant, praecipitantiore huius remedii uſu mortem ſibi conſciſcentes, commemorantur quatuor hydropes pectoris, una in-

fantem 5. menſium lactens oedemate pedum manu- que a puerperio, quinque oedemate pedum (er una puerpera), unus aſcite, unus oedemate univ- ſali laborantes, decocto vel infuſo colocynthidis c- valeſcentes. Primum uſus eſt hac formula: pom- coloc. ʒij. conciſ. ebull. per 6. minuta cum aqu. ſim- q. ſ. Colat ℔j. adde liqu. anod. ʒij. ſyr. aurant ʒ- doſi cochlearis maioris ter per diem; poſtea ʒij. aquae ʒviij. ad reſiduum ℔ß. coqui et bis de die ʒj, in debiliore ad ʒß ſumi iuſſit; uſus etiam eſt in- fuſo pom. coloc. ʒj. hb. ſalviae ʒj. et ſem. anis. ſtell. ʒß. bis de die pugillo aquae fervidae ʒvj. infunden- do. Communiſſimus effectus fuit largior aquarum per alvum, nonnunquam etiam per urinam, evacua- tio, et curatio plerumque ſatis cita; pulvis gei ur- bani robur ſolidorum reſtituit poſtea ſanitatemque firmavit.

p. 178. XIII. *Hiſtoria mulieris, ſingulari modo venenatae*, 11. *Dec.* 1788. *communicata a* C. E. MANGOR. Caſus utique memoratu digniſſimus, licet incorrectior dictionis genere (uti plures horum actorum commentarii) expoſitus. Ruſticus, prima uxore repentina morte defuncta, brevi poſt ancillae ſuae nupſit, poſt paucos annos aliam ancillam impraegnavit, huiusque a cognatis incitatus uxori ter arſenicum praebuit, quae tamen effectum eius poto multo lacte fregit; ſequenti anno mane quodam poſt coitum a cognato ancillae ſubminiſtratum et ab hac farina mixtum in illius vaginam digito immiſit, unde ea mox aegrotavit et ſequenti die occubuit. Hinc ſceleratus cum ancilla iſta coniugium iniit, infelix autem, ideoque eam ſimili modo tollere conſtituit; haec vero necis prioris conſcia quum 8. poſt coitum hora inopinato et perdurante horrore, frigore, et urente vaginae dolore corriperetur, facinoris confeſſionem et auxilia a marito extorſit, verum irrita, morte nimirum, lacte-

licet

licet interne et externe adhibito, poſt vomitus fere continuos et deliria elapſis 28. ab applicatione veneni horis ſubſequuta. Sectio monſtravit abdomen non tumidum, nullas in cute maculas, labia vulvae magna, paullum tumida et rubra, in vagina patula flaccida pauca grana arſenici cryſtallini, os uteri ſphacelatum et apertum, corpus eius naturale, ventriculum fere ſanum, duodenum inflammatum multaque bile perfuſum, pulmones lividos fere nigros, in utroque cordis ventriculo polypos, reliqua viſcera ſana, ſanguinem in omnibus vaſis fluidum et ſolutum. Quo certius iudicium ferre poſſet collegium medicum, Cl. ABILDGAARD duas equas ſimili experimento ſubiecit, ſingulae bolum ex arſenici ʒſs cum melle uſque ad os uteri intrudens, altera ſucceſſive iniectionibus multae aquae tepidae, olei lini, ſolutionis ſaponis albi in aqua, tandemque aquae vegetomineralis poſt biduum reſtituta, altera ſibi ipſi relicta 4. die mortua, cuius ſub ſectione genitalia et veſica urinaria inflammata et ſphacelata, plurimae corporis partes inflammatae, ſanguis reſolutus cet. patuerunt, magna utique effectuum in utroque caſu conſpicua ſimilitudine, ut arſenici ſoluti et reſorpti vis partim in ſanguinem, partim in nervos, ſe declararet.

XIV. *Obſervatio de contagione varioloſa*, 18. *Nov.* 1790. *auct.* I. MUMSSEN. Femina 5. graviditatis menſe variolis epidemice tunc graſſantibus affecta puerum edidit, in quo nulla variolarum veſtigia aderant; huic elapſo 3. aetatis anno inſitae ſunt bono cum ſucceſſu. p. 194.

XV. *De ſemicupio tepido in oedemate aliisque ſcarlatinam ſequentibus morbis*, 3. *Nov.* 1791. *ab* v. B. AASKOW. Unica obſervatio effectus huius remedii a Cll. LENTIN et VOGEL laudati confirmat, aliis tamen ſimul in auxilium ductis. p. 197.

XVI.

p. 202. XVI. *De vi opii cardiaca ſoporem diſcutiente obſervatio oblata* 4. *Nov.* 1790. *a* C. T. DE MEZA ſen. Puella, prima inſitione variolarum prorſus irrita, ac demum poſt ſecundam die aegrotare incepit; tertio ingraveſcentibus ſymptomatibus eruptionis initia, ſubſequentibus affectionibus nervoſis ad 5. diem ſubſiſtentibus, quum auxilia adhibita parum levaminis attuliſſent, moſcho ſolo eruptionem iuvante, quem quum aegra reſpueret, decoctum corticis cum camphora et quavis hora ſpir. vitr. cum laud. liqu. part. aequ. ad guttas 20. porrigebatur, a cuius tertia doſi ſopor et ſpaſmi ceſſabant, loquela tamen nonniſi verſus ſuppurationis initia redeunte; poſtea morbus gravior appoſita medendi methodo feliciter victus. In tranſitu de vitando frigoris in variolis exceſſu. Alia auctorum de vi cardiaca opii teſtimonia ſubiuncta.

p. 210. XVII. *Sciagraphia morborum, quos anno* 1789. *obſervavit* A. B. RANÖE. *Particula I. communicata* 2 *Dec.* 1790. — Dyſuria feminam iuniorem ſpasmis frequenter obnoxiam noctu ſubito infeſtans, poſt venaeſectionem et emulſionem camphoratam mane ceſſans, nocte ſequenti reverſa, mucilaginoſis et externis reſolventibus ſublata, iunctis fruſtra per diem antiſpaſmodicis tertia nocte iterum accedens, decocto ſaturato cort. peruv. ſuppreſſa nec poſtea rediens. — Singularis in viro provectioris aetatis, tandem peripneumonia notha ſeu pituitoſa exſtincti, acrimonia ſanguinis, guttam roſaceam faciei, inprimis naſi, producens, et hac per aquam vegetomineralem fugata illico ſcroti et perinaei moleſtiſſimum pruritum excitans, mox ceſſantem, quum remoto ſaturnino naſum iterum gutta roſacea occuparet. — Efficacitas decocti rad. ſenekae adverſus hecticam febrem in duobus aegris inſignis, in uno poſt imperfecte curatam peripneumoniam, in altero poſt neglectum catar-

catarrhum. — Febris hectica post 4. menses in femina 42. annorum denique lethalis ab aphthis post diarrhoeam atrocem semel iterumque enatis et per totum canalem intestinorum progressis. — Exanthema urticatum ab emplastris et unguentis tenerae cuti impositis in regionibus corporis remotis enatum in duabus feminis. — Pauciſſima haec ex ingenti copia obſeruationum bene expoſitarum et communicatione omnino dignarum adduxiſſe ſufficiat.

XVIII. *Chorographia pagi ruſtici dani communicata* 26. *Oct.* 1786. *per* A. N. AASHEIM. Pagus iſte ſatis ſpatioſus in regione occidentali et meridionali Seelandiae prope mare balticum ſitus, contra cuius iniurias munitur promontorio cretaceo calcareo, pago ipſo cretae lapidique calcareo innixo, ex quibus aqua potui inſerviens multas particulas in ſe continet, absque ſanitatis ulla noxa, morbis calculoſis aeque ac infarctibus glandularum rariſſimis. In genere ſani vivunt incolae, laetumque ſenium attingunt. Dolores arthritici rariores, frequentiores rheumatici. Phthiſis pulmonalis non quidem frequentior, ſed citius lethalis, forte, ut ſuſpicatur Cl. Auctor, ob abundantiorem in aëre maritimo aërem dephlogiſticatum. Hyſteria frequentior, quam inter ruſticos credi poſſet. Rari morbi acuti, rariores putridi ac bilioſi. Vermes omni aetate graviſſimi. Febres intermittentes mites admodum, recidivis ipſarum facile piperi cum ſpiritu frumenti cedentibus. p. 263.

XIX. *Caſus febris hecticae ex diuturna inflammatione abdominis hirudinibus ſanatae, et haemoptoici ope fonticuli reſtituti, Auctore* I. H. SCHÖNHEYDER, *praelectus* 10 *Febr.* 1791. Summam obſervationum iam titulus indicat. Prior aeger fuit puer 12. annorum, hirudinibus 6. ad locum abdominis dolentem, quem prae debilitate ſignis tantum indicare potuerat, applicatis ita levatus, ut morbus brevi ceſſaret; alter p. 271.

ter iuvenis 26. annorum haemoptoe aliquoties affectus: ob dolorem gravativum in ſterno anteriori cum dyſpnoea, ante paroxyſmum ultimum iam praeſentem, fonticulus hic applicatus eſt, quem per triennium apertum adhuc perfecte ſanus ſervat.

p. 276. XX. *Obſervationes medicae communicatae* ex *Nov.* 1791. *a* C. I. T. DE MEZA. Ab avulſa reduvia brevique poſt facta verſione et extractione fetus paronychiam gravem ſibi contraxit Auctor, fruſtra adhibitis aliis remediis denique admotis 15 die hirudinibus et abſcedente hinc cuticula gangraenoſa adhibitisque aqua vegetominerali et internis evacuantibus brevi diſcuſſam. Morbus abdominis in puero decenni, primum cum ſymptomatibus inflammationis, dein verminoſis iunctus, lente ſub uſu antiſpasmodicorum abſque vermium excretione ſublatus. Puella 15. annorum, a ſubito terrore paralyſi omnium extremitatum correpta, potentiſſimis adhibitis auxiliis brachiorum quidem uſum recuperavit, non autem pedum; poſt triennium febris tertiana eam invaſit, cuius ſuppreſſionem a medico invito efflagitavit; cortex peruvianus eam in quotidianam, et geum urbanum in quartanam rebellem mutavit. Inde Cl. Auctor decoctum flor. arnic. ʒj ex aquae ℔ij ad reſiduum ℔j. col. add. ſalis ammoniaci ʒiij. et ſyr. 5. rad. aper. ʒij. porrexit, cuius cyathum parvum omni trihorio caperet; primam iam doſin mox oppreſſio pectoris cum anxietatibus, dolor infimi ventris, cephalalgia, pulſus celer, nauſea inſequebantur, ſecundam cardialgia cum calore totius corporis, tertiam menſtruorum eruptio cum titillationis et formicationis circa tibias ſenſu, cum mutatione adeo ſubita, vt tertio die pedibus libere uteretur, febre ſimul diſcuſſa menſtruisque ab eo tempore ordinem ſervantibus.

XXI

XXI. *De delirio ex animi pathematibus, venaesi-* p. 294.
one, veſicatorii, et mixtura laetificante FABRICII
dato. 17. Febr. 1791. Auct. I. BANG. Mixtura illa
tart. tart. et mellis deſp. an. ℥ſs. et aquae ℥viij con-
at (ſimillima ergo Muzelianae); ad cyathum dimi-
um quater de die ſumenda. Praeter haec vero
media etiam evacuantibus, mixturae camphoratae
cidae, ſinapiſmis quavis veſpera plantis pedum
dmotis, pediluviis tepidis, regimini frigido, ſimul
uſum ductis curationis pars adſcribenda videtur.

XXII. *Animadverſiones in haemoptoen,* 10. *Nov.* p. 302.
791. *communicatae, Auctore* C. T. DE MEZA *ſen.*
pecies omnes commodiſſime praeeunte Cl. MACBRI-
e reduci poſſe ad habitualem, periodicam, acciden-
alem et travmaticam. Exemplum feminae a 18. us-
que ad 40. fere aetatis annum, quo conſcripta eſt
haec obſervatio, loco fluxus menſtrui haemoptyſi
periodica affectae, tempore intermedio perfecte ſa-
nae. Salis culinaris in aqua ſoluti vis non ſpecifica,
ſed tantum refrigerans maior quam ſolius aquae. In
praeſentiſſimo vitae diſcrimine ſpongia aqua frigida ma-
dida cum ſucceſſu pectori impoſita. Haemoptoes a ver-
mibus exemplum; aliud in puero decenni a fumo ni-
cotianae hauſto. Haemoptoe infantum a ſpiritu fru-
menti a nutricibus ad dormiendum ipſis porrecto.

XXIII. *Vis antarthritica antimonii crudi compro-* p. 320.
bata exemplis a I. W. GULDBRAND. 20. *Ian.* 1785.
Mane et veſperi ſumtis pilulis 8. ex aſſ. foetid. ℥j. pul-
veris ant. crud. ℥ij. extr. fumar. ℥iſs et ſapon. alic. ℥ſs.
ad pondus gr. ij. cum infuſo ſambuci dolores diri ar-
thriticorheumatici cum tumoribus articulorum intra
duos menſes ſublati, fruſtra antea ſumta eſſ. ſtibii
Huxh. Uſus antimonii in pulvere cum ſaccharo vel
magneſia, interpoſito quovis octiduo laxante, adver-
ſus vitia lymphae, dolores rheumatico-arthriticos, et
ariduram inde enatam.

XXIV.

p. 327. XXIV. *Phaenomena varioloſa rariora notata a* A. N. AASHEIM. Febris eruptiva duplex, prior [illegible] 15. aut 16. poſt inſitionem, poſt 18 — 22. horas [illegible] ſans, altera 6. horas poſt, priore vehementior, [illegible] horas durans, longe plures quam prior variolas pro- ducens; inſitio facta erat in altero brachio filo pur[illegible] naturalium, in altero inſitarum variolarum impra- gnato. Puella lactens variolis per nutricis incura[illegible] ſibi communicatis afficitur, graviter iiſdem decum- bens, ſuppuratione demum poſt diem 17. ſuccedente et uſque ad 30. durante, tota faciei cuticula in unicam cruſtam concreta ſecedente; ſexennis deinde filum pure varioloſo impraegnatum (quo dein etiam proſpero cum eventu inſitio in alio ſubiecto facta) ludens arripit, vulneri ſuperficiali in dorſo manus imponit, eoque modo variolas acquirit regulariter decurrentes; qua occaſione de difficultate diſcernendi varias ſpurias a veris diſſeritur.

p. 342. XXV. *Sciagraphia morborum, quos anno* 1789. *obſervavit* A. B. RANÖE. *Particula II. communicata* 2. *Dec.* 1791. — Lumbaginem rheumaticam perti- naciſſimam extractum aconiti doſi quotidie uſque ad grana 7. ter de die aucta fugavit. Diuturni rheuma- tiſmi in iis, in quibus difficulter eliciebatur ſudor, repetitis evacuantibus per alvum ſublati. — Aeris fixi ex ſolutione ſalis tartari ſuperingeſto diluto vi- trioli acido efficacitas maior adverſus calculum, quam aliis modis evoluti. — Arthritidis anomalae in ſym- ptomatibus nervoſis augendis et fovendis efficacia, exemplo declarata. — Epilepſia in puero decenni adverſus varia anthelminthica et laxantia, ſecedenti- bus etiam poſt eorum uſum taeniae fruſtulis, ſubſi- ſtens, tandem poſt excluſam trichuridem rarior nec niſi praevio terrore recurrens; inde datis antiſpaſmo- dicis, opiatis et roborantibus aeger plane convaluit. — Poſt abortum 5. graviditatis menſe relicta placen-

placenta ſuppuratione lenta, neglectis ab aegrota injectionibus aquae tepidae, intra 3. hebdomadas reſolutа, ſuccedentibus 4. hebdomade menſtruis largis, ſine ullo incommodo praeter levem abdominis tumorem quaſi tympaniticum, tonicis et amaris poſtea profligatum. — Decoctum rad. taraxaci addita manna proficuum adverſus tumores ſcrophuloſos glandularum colli in infantibus, praeſente ſimul interdum efflorescentia capitis, item in cruſta lactea, in qua tamen efficacius decoctum violae tricoloris ex lacte. Adverſus ophthalmiam ſcrophuloſam praeter decoctum iſtud et repetita laxantia leniora unguentum ex mercurio praecipitato rubro; in pertinaciore caſu veſicatoria pone aures. — Vires ſarſaparillae in decocto ſaturatiore adverſus affectus venereos pertinaciores ipſi mercurio diutius reſiſtentes. —

XXVI. *Obſervationes circa quorundam medicamentum partim contemtorum, partim noxiorum, innocuos et bonos effectus*, auct. C. I. T. DE MEZA, 20. *Ian.* 1791. p. 386. Herba burſae paſtoris lumbis prope os ſacrum alligata haemorrhagiam uteri inſignem a ſaltatione productam coercuit. Infuſum theiforme artemiſiae menſtrua a moerore poſt mortem mariti diutius ſuppreſſa, nullis aliis remediis revocanda, reſtituit. Myrobalanus chebula proxime ad nudum corpus geſtata haemorrhoides per octiduum abſque cauſſa manifeſta largiſſime fluentes aegrumque debilitantes intra 24. horas excitato calore febrili ſuppreſſit. Febris tertiana vernalis in puella 9. vel. 10. annorum, irritis remediis conſuetis ſumtis accedente paroxyſmo ſpiritus frumenti ſuccique citri partibus aequalibus, calorem et ruborem in ore, ardorem ventriculi et ſudorem copioſum excitantibus; in puero mixtura ex aqua, vino annoſo et aceto, aegro per totum diem lectum ſervante; in ancilla duobus praebiis remedii ex aequalibus partibus nucis moſchatae, alu-

minis mane et veſperi ſumtis, ſublata; alia ob intem-
perantiam aegroti refractaria, excitata a tartari emeti-
tici minoribus doſibus cortici peruviano et rheo ad-
iunctis nauſea indeque appetitu diminuto.

p. 396. XXVII. *De diverſis uteri inverſi ſpeciebus, auctore* M. SAXTORPH. Sunt vel incompletae, ſive mi-
rae intusſuſceptiones, non extra orificium uteri pro-
minentes, vel completae, eaeque rurſus vel totales,
ſi totus uterus praevio fundo inverſus propendet, vel
partiales, ſi fundus et pars corporis uteri inverſi per
orificium prolabuntur. Inverſio incompleta, ſola ex-
ploratione detegenda, dignoſcitur a polypo dolore
ad attactum, origine a cauſſa manifeſta, ſymptoma-
tibus nervoſis. Completa totalis patet tumore in-
ſigni imperforato per genitalia propendente cum
profuſa haemorrhagia, orificii uterini in vagina prae-
ſentia non detegenda, item abſentia tumoris duri
globoſi in regione hypogaſtrica aut pubis; partialis
corpore molliore cruento in vagina, ipſo orificio ute-
ri annuli modo undique cincto, imo conſtricto. Ob-
ſervationes ſubiunctae monſtrant, quam neceſſaria
ſit, quamprimum fieri poſſit, repoſitio; ſectio cadaveris
feminae inverſione completa totali 8. die mortuae mon-
ſtravit uterum totum inverſum marſupii duri ad in-
ſtar in vagina pendulum, in cuius cavo retracta liga-
menta lata, ovaria cum tubis Fallopianis contine-
bantur, orificio uteri adeo arcte conſtricto, ut ne in
cadavere quidem fundus ſine vehementia reponi
potuerit.

p. 410. XXVIII. *De angina mercuriali obſervata* I. W. GULDBRAND, *communicata* 11. *Nov.* 1790. Tumor
inguinalis, ex ſola coniectura reliquiis gonorrhoeae
a pluribus retro annis adſcriptus, incaute mercuria-
libus internis et externis ſine regimine diaetaeque ra-
tione tractatus aegrum fere praecipitavit, tumori-
bus glandularum et artuum, ulceribus oris et fau-
cium,

cium, aliisque ſequelis mercurialium enatis: cibi cupepti, decoctum bardanae lacte remixtum largius potum, electuarium mundificans WERLH. gargariſmata ex decocto florum malvae cum melle roſato, et calor cubiculi, poſteaque ſubſequente tempore verno ſerum lactis et diaeta conveniens cum uſu aëris liberioris, tandemque mixtura ex extracto guaiaci, trifolii fibrini et aconiti, kerme minerali et aqua cinnamoni aegrum reſtituerunt, ſolis doloribus rhevmaticis ſub tempeſtatis mutatione redeuntibus et tumore inguinali piſi magnitudine reſiduo.

XXIX. *Anchyloſis* (Ankyloſis, ab αγκυλη) *ſpuria ſcrophuloſa. fugata electricitate, relatione communicata* 24. *Nov.* 1791. *ab* ARN. NIC. AASHEIM. Electricitatis poſitivae ac negativae iidem in corpus animale effectus, ſolventes, incidentes, expandentes fluida, excitantes irritabilitatem in ſolidis. Huic theoriae innixus Cl. Auctor in puella ruſtica 12. annorum ab ulceribus ſcrophuloſis glandularum colli et digitorum manus ſiniſtrae, tumoribus articulorum et ſpina ventoſa manus dextrae congruis remediis fere liberata, his autem neglectis tempore brumali humido recrudeſcentibus iſtis ulceribus affecta, accedente tumore ingenti ad genu dextrum, dolente, non obſcure fluctuante ankyloſi ſpuria genu et aridura femoris et cruris, primo applicuit balneum electricum, in quo aegra quotidie per horam commorabatur, inde primum, forſan ab animi motu largiſſime ſudans, poſtea modice tranſpirans; poſtmodum conductorem metallicum piro ligneo munitum marginibus ulcerum et acumini tumoris genu obvertit eo cum effectu, ut ulcera pus laudabile funderent, marginibusque ſpongioſis ſenſim decidentibus conſolidarentur; ankyloſis lentiſſime diminuebatur, dolor autem nocturnus eximie decreſcebat. Tunc tumor excitatore Barneveldiano frictus inſigniter minuebatur cum diuturno p. 421.

formicationis ſenſu et veſiculis largis ſenſibilibus in to-
ta circumferentia efflorescentibus. Inde ad curam
nem perfectam quotidie balneum electricum per di-
midiam horam et poſt illud exploſiones lenes fre-
quentes ultra centum per tumorem tranſeuntes ad-
hibuit, quibus dolor ingens, ardor totius genu, la-
ga veſicularum eruptio producta, diſparente fluctua-
tione et tumore indies decreſcente; exploſionibus
ſenſim fortioribus redditis tumor intra 8. vel nove-
hebdomadas evanuit.

p. 435. XXX. *Commentatio de fatis atque cautelis inie-
ctionis cavitatis tympani per proceſſum maſtoideum oſ-
ſis temporum pro auferenda ſurditate inſtitutae*, auc-
tore H. CALLISEN. Primus hanc operationem pro-
poſuiſſe videtur RIOLANUS iunior, exercuiſſe VAL-
SALVA; poſtea eamdem ſuſceperunt Cll. HEUER-
MANN *), BURIENNE **), IASSER ***), FIE-
LITZ ****), LÖFFLER †), et HAGSTRÖM ††), et nu-
perius infelici eventu Cl. KÖLPIN †††). Pauco poſt
hunc caſum elapſo tempore Cl. Auctor eam in milite
perfecte ſano, ſed utraque aure ſurdiſſimo, ipſo hoc au-
xilii genus efflagitante, inſtituit, perforatione ver-
ſus partem mediam et inferiorem proceſſus maſtoi-
dei ſiniſtri facta, iniecto tunc infuſo tepido chamae-
meli penitus per naſum effluente, accedentibus tu-
men

*) *Abhandl. der vornehmſten chirurg. Operationen, B. III. p.* 192.

**) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXII. p. 481.

***) Vid. eorund. Vol. XXV. p. 668.

****) RICHTERS *chir. Bibl. B. VIII. p.* 324. *B. IX. p.* 555.

†) IBID. *B. X. p.* 615.

††) In nov. act. ſoc. reg. holmienſis Vol. X.

†††) *Letzte Krankheit des Herrn von Berger.*

men ſub ipſa iniectione cephalalgia acutiſſima, tinnitu aurium ſyncope mox poſt aſſumtum liquorem anodynum tranſeunte. Primis diebus cephalalgia, ſenſus fremitus ſive aeſtuationis et inſolitae ſenſilitatis in toto capite, et febris graviſſima; venaeſectionibus repetitis, epithematibus frigidis, ceterisque remediis antiphlogiſticis ſucceſſit effluxus ſanguinis et puris ex vulnere et aure, et ſymptomata lente minuebantur, duobus menſibus vulnere ſanato, auditu tamen non, neque per infectionem ſcabioſam ſtudio tentatam, reſtituto, niſi quod altera aure ſoni melius perciperentur, quod derivantibus et revellentibus tribuendum videtur. Operatio haec tunc demum tentanda, ubi aperta caries proceſſus maſtoidei cophoſin induxerit, aut praegreſſa inflammationis, ſeu metaſtaſeos ſymptomata eiuſdem aut effuſae in cavo tympani materiae heterogeneae ſuſpicionem moveant, quibus forſan addenda totalis et immedicabilis tubae Euſtachianae obſtructio, ut aëri interno aditus ad cavum tympani paretur; iniectionem tamen cavitatis tympani obſtructionem huius tubae ſolvere poſſe, iam non credit Cl. Auctor, licet ipſe antea id poſſibile iudicaverit *). Eam perviam eſſe, certiſſime docet ſenſus preſſorius membranae tympani ſub exſpiratione tentata, naribus et ore clauſis perceptus. Quod in aliis obſervationibus ne leviſſima quidem ſymptomata, liquido iniecto lacteo, turbido, purulento facile per nares effluente, in aliis e contrario graviſſima et periculoſiſſima adfuerint, a cavitate tympani in prioribus a diuturno materiae heterogeneae contactu minus ſenſili repetendum. Praeter haec operationem difficilem reddit diverſa ſtructura proceſſus maſtoidei externis ſignis non cognoſcenda.

*) Princ. ſyſtem. chir. Vol. II. p. 221.

ſcenda. Inde conſilia quaedam ad operationem rite peragendam Cl. auctor proponit: perforationem in parte poſteriore et exteriore proceſſus in loco medio inter lineam a centro meatus auditorii externi ad ba- ſin proceſſus ductam, huiusque extremitatem. In- ciſione cutanea facta, non protinus terebratio ſuſci- pienda ſed expectandum, donec ſanguinis effluxus ceſ- ſaverit. Trepanum perforatorium ſolitum vel perforato- rium pyriforme triangulare lateraliter excavatum, com- modiſſimum, ſub operatione verſus partes interiores et anteriores proceſſus maſtoidei atque adeo verſus cavi- tatem tympani dirigendum. Iniectio ſit blanda, emol- liens, et lente fiat, ſyringa probe impleta. Si tere- bratio ſub profundiate trium linearum cellulas non attingat, a tota operatione abſtinendum.

III.

Repertorium für die öffentliche und gerichtliche Arz- neywiſſenſchaft. Herausgegeben von Dr. IOHANN THEODOR PYL, *Königl. Preuſs. Rath. etc. Zwey- ten Bandes erſtes Stück. Berlin* 1791. 8. *pagg.*

i. e.

Repertorium medicinae publicae et forenſis etc. Vol. II. Pars I.

Haec voluminis ſecundi pars prior ſiſtit I. Reſpon- ſum iteratum Collegii Sanitatis Supremi de ex- ſectione vermis, quem lyſſoden (*Tollwurm*) vocant.
p. 6. — Contra reſponſum prius iterum Collegiis camera- libus communicatum novae obiectiones (vix crede- res, hominum imperitorum rationes in hac re audi- tas fuiſſe) oeconomorum ac venatorum, nova du- bia excitaverant. Diiudicandae igitur erant quaeſtio- nes I. quid valeant formulae aliaque auxilia prophy- lactica

lactica contra rabiem, a venatore quodam propoſita, 2. ſolutio dubiorum ab eodem imperito homine contra operationis illius praeſcriptionem prolatorum 3. quid in genere ad avertendam canum rabiem ſuadendum ſit? — Ad has quaeſtiones facile regerebatur, formulas a venatore commendatas, empiricas eſſe, nunquam uſu comprobatas; vana eſſe argumenta a rudi homine pro inutili operatione prolata; atque tandem omnem contra rabiem prophylaxin in animalium diaeta bene ordinata poſitam eſſe. Sequitur II Promemoria de conſtituendis principiis et notionibus in exarandis reſponſis medicis circa ſtatum mentis dubium reorum; auctore Cl. MOEHSEN, occaſione reſponſi in caſu infanticidii reiterati Collegio M. S. exhibitum. — Inſtruuntur medici forenſes de legendis ac excerpendis actis inquiſitorialibus, ut animi conditiones ex factis eruant (Displicet tamen nobis in hoc ſchemate citandi pruritus, eiusque forma iuridica magis quam philoſophica). Rea, de qua in reſponſo ipſo ſermo eſt, homicidio reiterato, filium filiamque mariti ſui (erat enim noverca) interfecerat, utrumque vero facinus poſt peractum alterum ſcelus ipſa iudicio detulit. Reſponſi ſumma eſt, integra mente prius perpetraſſe crimen ream, alienato autem iam animo fuiſſe, cum iterum peccaret III. De natura veraque notione morbi bovilli, quem male *luem gallicam* vocant; auctore HEIM, Phyſico quondam Spandavienſi. — Ante GRAUMANNUM, qui 1784. de hoc morbo ſcriptum quid edidit, iamiam HEIMIUS relatione ad Coll. San. Supr. huius morbi naturam ultro deſcripſit. Tubercula ſunt pleurae coacervatim inſidentia, a nimia forte et indurata adipe nata. Male caro reiicitur, tanquam inſalubris eſſet. IV. Quaedam de peſte anſerina. — Quaeritur de remediis contra hanc luem, quorum nonnulla hic proponuntur. V. De lue ſuilla frequenter le- thali.

p. 399.

p. 79.

p. 97.

p. 110.

thali. — Contra hunc morbum a multis *das wil*
Feuer, ab aliis *die Bräune*, ab aliis etiam *die Krib*
p. 115 *ſeuche* nuncupatum proponuntur auxilia. Hiſtor
ſectionis caeſareae brevis ſciagraphia cum indice a
ctorum, qui de ea ſcripſerunt, chronologico, a
ctore C. SPRENGEL, Profeſſore Halenſi — de
operationis hiſtoria notiſſima hic afferuntur. Auc
rum catalogum ad a. 1741. usque hic perſequitur
(Facilis labor; isque imperfectus. Plenior enim
hic catalogus reperitur apud VIGILIIS A CRE
TZENFELD *Bibl. Chir.* Art. de arte obſtetricia.) VII.
p. 137. de libris novis relationes et cenſurae — de decem li
p. 156. bris iudicia. VIII. De ergaſtulo Halberſtadienſi — et IX.
p. 161. de ergaſtulo Bauzenſi nonnulla. X. Curiae Suprema
Nanceianae decretum de renovandis mandatis atque
legibus circa medicamentorum diſpenſationem 18.
Auguſti 1788. datum: ex gallica in germanicam ver-
ſum. — Sequitur appendix, tabulas emortuales
exhibens.

Vol. II. P. II.

p. 167. Legum praecipuarum ad rem medicam ſpectan-
tium a primo inde p. C. N. ſaeculo ad tredecimum us-
que latarum, hiſtoria critica; auctore ACKERMAN-
NO, Prof. Altorfino. — De Romanorum legibus
medicinalibus, quas et primi imperatorum et ulti-
mi etiam poſt imperii in occidentem et orientem di-
viſionem dederunt, ſermonem ſibi hic eſſe Auctor in
introitu monet. Tribus hanc materiam ſectionibus
abſolvet, quarum I. de medicorum conditione apud
p. 170. Romanos agit. Medicinam odio habuerunt Roma-
ni, poſtquam ARCHAGATHO tabernam conceſſerunt.
Romanorum pauci medicinam faciebant; Graecis
praecipue eam relinquentes. Alii liberi erant, alii
ſervi. PLINII tempeſtate medici conditio nullis le-
gibus circumſcripta erat. Primam, quae huc ſpe-
ctaret

ſaret, legem tulit AUGUSTUS, cum medicos ab oneribus publicis liberaret. Hinc in poſterum limitatus medicorum numerus, ne privilegio multi abuterentur. Romae deinde, ut et in aliis urbibus, Conſtantinopoli quoque, cuique regioni praefectus p. 185.
eſt cum privilegiis medicus, ſub *archiatri* nomine. Privilegiorum enumeratio. Archiatrorum dignitas p. 193.
non medicos principum, ſed medicos principes deſignabat; de quorum ulteriori hiſtoria fuſe hic exarata curioſos ad ipſum Auctorem remittimus. II. p. 228.
Sciagraphiae ſectionis caeſareae continuatio — ad ann. 1789. usque (Imperfectior etiam eſt pars haec poſterior quam prior fugitivoque calamo exarata.) III. Leges medicinales Surinamenſes p. 242.
— ex belgica in germanicam verſio. IV. Cl. KAUSCHII animadverſiones novae ad morbum, p. 269.
quem vulgo *gangraenam ſplenetican* vocant. — Peculiari libro (*Originalbemerkungen etc.*) KAUSCHIUS morbum non ſolum generi bovillo, ſed et equis, ſuibus etc. infeſtum frequenter epidemicum deſcripſerat eiusque naturam non tam in ſplenis, quam potius in pulmonum gangraena poſitam eſſe docuerat. Nunc novis obſervationibus hanc doctrinam firmare annititur. (Litem quidem dirimendam nobis hic non ſumimus; gravia tamen argumenta contra hanc doctrinam hinc inde iam prolata ſunt). VI. Cl. DE p. 303.
MONETA obſervationes novae de remedii ſui novi antilyſſi efficacia — (Notum eſt, auctorem gloriolam captaſſe ex laudato medicamento contra rabiem ſimpliciſſimo ex aceto communi cum butyro compoſito. Novum non eſſe, ab aliis iam monitum eſt. Dubiae vero fidei eſſe Cl. DE LA FONTAINE *chir. med. Abhandl.* p. 121. evidens fecit. Nos quidem miramur, tanti ſuſpectum hoc medicamentum factum fuiſſe a Collegio medico Supremo Berolinenſi, ut experimenta cum eo inſtituenda iuberet in morbo,

contra quem probatiores curandi methodi ad m
ſunt, captandaque mature agendi occaſio, ne m
p. 314. teratur tempus in dubiis experimentis). VII. N
nulla de morbis ſimulatis, auctore Cl. SCHOBELT
Corradit auctor nonnulla anecdota ſatis vulgaria,
p. 335. epilepſiae ſimulatione, ſimilibusque. VII. Mandat
Regium, curiis ſupremis iudicialibus datum de
mittendis cohortum chirurgis primariis ad inſtitu
das ſectiones legales enarandaque viſa reperta — atq
p. 335. tandem VIII. Mandatum aliud Regium de exami
bus novis cum medicis et chirurgis, qui artem
provinciis Boruſſicis exercituri ſunt, inſtituendis.

IV.

Hippocrates Werke. Aus dem Griechiſchen überſetzt und mit Erläuterungen von D. JO. FR. KARL GRIMM. 8. *Altenburg.* 1792. 628. *pp. Vierter Band.*

i. e.

HIPPOCRATIS opera: e graec. in germ. verſa, cum annotat. I. F. C. GRIMM.

Comprehendit hic tomus ſpurios libros, qui ve ſucceſſores Hippocratis Platonicos vel medicos Alexandrinos auctores agnoſcunt, et a tempore primorum inde ſaeculorum pro genuinis vendebantur. Quamvis Galeni et Erotiani perſpicuitas horum tractatuum nonnullos ab Hippocratis ingenio et ſimplicitate longe alienos eſſe iam divinaret, aliis tamen fidem ſuam denegare haud auſi ſunt. Cum itaque per tot ſaecula opuſcula haec perperam genuina habita fuerint, boni criticique traductoris eſſe videtur, ut, quocunque demum modo id fiat, τὰ βολιμαίους a γνησιοις ſegregare conetur, neque utrosque ſub eodem titulo in lucem proferre. Alioquin enim opiniones praeoccupatae de variis Hippocratis theoriis et oraculis intactae manent, et tum in iuris

tan-

rudentia, tum in aliis ſcientiis damnum non me-
iocre producunt. Quodſi quis vel per tranſennas
ntum ſcholia Cl. GRIMMII inſpiciat, erroris ex ti-
lo oriundi convictum ſtatim ſe fatebitur, neque
mplius ex libello *de ſuperfetatione, de octimeſteri par-*
etc. theoremata allegabit, Hippocratica dicta. At
oſtrorum hominum genus, proh dolor, ita eſt com-
aratum, ut lectorum vulgus nec ſcholia inſpicere
ec doctas conſulere commentationes auctoris, ſed
x ſolo titulo argumentari ſibi ſumſerit, Hippocrati
Coo omnino tribuenda eſſe omnia haec opuſcula. — In-
unt autem huic tomo, quae ſequuntur, ſyngrammata:

1. Libri quatuor *de morbis* (*περι νουσων*), quos
uidem ſatius fuiſſet diſtinguere a libro *περι παθων*
(*de paſſionibus*). Hunc vero translatum et volumi-
ni tertio infertum auctor noſter eodem modo inſcrip-
ſit: *von den Krankheiten.* Credimus tamen titulum:
von den Paſſionen magis convenire cum inſcriptione
graeca *περι παθων*. Eo enim tempore, quo hoc
opuſculum conſcribebatur, diſcrimen inter *παθος*
et *νοσον* ab Herophileis medicis in ſcientiam noſtram
iam erat introductum *). — Quod vero libros hos
quatuor *de morbis* ſpeciatim attinet, Cl. auctor bene
obſervat, minime uni eidemque auctori eſſe tribuen-
dos, cum morborum hiſtoriae et methodi curandi,
tertio libro exhibitae, toto coelo differant ab hi-
ſtoria et curatione, quas in primo et ſecundo libro
legeris. Recte itidem auctor animadvertit, quatuor
hos libros non integros, neque tales ad noſtrum ae-
vum perveniſſe, quales legerat GALENUS. Hic
enim citat varias hiſtorias morborum, varias metho-
dos curandi, in iisdem libris occurrentes, quas qui-
dem hodie haud amplius legimus. Accedit inſuper,
et a Galeno et a Caelio Aureliano modo quatuor, iam
binos,

*) GALEN. defin. med. p. 394. (Opp. tom. V. ed.
Baſil. fol. 1538.)

binos, nunc duos maiores et totidem minores libr
de morbis citari, ut facile inde eluceat, manco
mutilos esse nostros codices.

2. Libr. de *flatibus*, quem perperam adsci
sit HALLERUS medico ex schola pneumatica. ER
TIANUS enim hunc librum iam citat: et, licet
hoc argumento non concludamus vere genuin
esse, antiquior tamen Pneumaticorum temporib
videtur, neque vera huius sectae dogmata contine

3. Libr. de *morbo sacro*. Egregius labor! Q
dignus Hippocrate esset, nisi scribendi genus, et hy
potheses multis ambagibus prolatae obstarent. Au
ctor enim anonymus eximie refutat superstitione
medicorum et magicas artes quorundam, qui et na
θαρμοις et μελεταις θεοφανιων fugare morbos con
bantur, simul quoque de ortu morborum divino dog
mata nostro aevo maxime digna profert.

4. Liber de *virginum morbis* vel eidem auctori,
qui de morbo sacro scripserat, tribuendus, vel excer
ptum fragmentum ex libris de morbis mulierum. Ne
que GALEN, neque EROTIAN. huius libri meminerunt.

5. Liber *de natura muliebri* πυξ και λαξ ex libris
genuinis eliminandus. Manes enim Hippocratis mi
re profanantur, dum sub eodem titulo venditur opu
sculum, quod ex diametro oppositas opiniones con
tinet. Quid enim cunctamur notam inurere huic
libello, cum morbi a numinis cuiusdam influxu de
riventur, et consilium istud famosum ad abortum pro
curandum, quod veris Hippocratis dogmatibus con
tradicit, hic contineatur.

6. Liber *de genitura* theoreticus ab Hippocratis
gravitate alienus.

7. Liber *de natura pueri* forsan continuatio prio
ris, mere theoreticus, ab EROTIANO tamen et GA
LENO citatus.

8. 9. Libri *de septimestri et octimestri partu* —
neoplatonicae scholae saporem produnt. Nil con
tinet

met Hippocratico ingenio dignum!

10. Liber *de ſuperfetatione* non aliter diiudicandus, ac priores.

His patet, volumine quinto reſtare adhuc varios libros, quorum verſione ad lucem producta Germaniae laus haec erit tribuenda, poſt ducentos denum et quod excurrit annos, primam protuliſſe eamque ita accuratam et bonam verſionem, ut cum *Cornarii et Foeſii* verſionibus certare omnino poſſit et ambiguum maneat, cuinam verſioni palma fuerit tribuenda. Quisquis enim vel oſcitanter tantum hanc traductionem cum textu graeco conferlerit, facile videbit, Cl. GRIMMIUM munere boni translatoris multis in locis egregie functum fuiſſe, varias lectiones ſaepius adhibuiſſe ut eam eligeret, quae ſenſui magis conveniret, nomina denique plantarum et medicaminum aliorum, ea qua pollet hiſtoriae naturalis intima cognitione inquiſiviſſe et plerumque optime traduxiſſe, criticis quoque ſuis ſcholiis id attuliſſe decoris et ornamenti ſuo labori, ut et doctus inde medicus emolumenta non pauca haurire valeat.

Pauca tantum libet eligere exempla diligentiae et ingenii, quo verſio haec elaborata fuit. P. 169. *Aufrichtiger Landwein* egregie. Lectionem vulgarem ἀυγιτης in ἀυτιτης mutavit, praeeunte *Foeſio*. ἀυτιτης enim ἀπαξαχυτος *Erotiano* *). P. 175. *Es giebt auch trockene Seitenſtiche ohne Auswurf, allein ſie ſind beſchwerlich, und ihre Entſcheidungen wie in den übrigen. Sie fordern mehr Anfeuchtung durchs Getränk, als die andern.* Vulgarem lectionem: Αι δε κρισιες ὁμοιαι τησιν ἀλλησιν ὑγρασιησιν· πλεονος δεονται των ἀλλων ἐν τῳ ποτῳ bonis auſpiciis ſic emendavit: Α. δ. κ. ὁ. τησιν ἀλλησιν· — ὑγρασιας πλεονος δεονται. — P. 183. *Wenn der Eiter in dieſer Zeit von ſelbſt*

*) Locum hunc non invenio. GALEN. vero in exegeſ. ἀυτιτης expon. τὸν ἀυτος τίτην: ergo: *einigen noch in dem nehmlichen Jahren gekelterten Landwein.* D.K.

ſelbſt ausgeworfen zu werden anfängt, ſo geht es g… Wo nicht, ſo muſs man etc. Ην μεν ουν αὐτοματο… ξηται πτυεσθαι ἐν τουτῳ τῳ χρονῳ, ἠν μη etc. … lipſia hic bene animadvertit. P. 298. *Bis das zuf… ſende von dem Blute untergebracht etc.* Textus voc… φλεγματος bene in αἱματος vertit. Sic quoq… menſuras Graecorum cum noſtris ubique compar… vit, accurateque determinavit. Χηραμις fünfzehn… *Loth.* Χοευς *neun Pfund etc.*

Verum enim vero ſinceritas et candor requir… ut etiam mendas quasdam notemus, quae labori ce… terum egregio maculas non minoris momenti addunt.

1. Cl. GRIMMIUS merito accuſatur, non fidam… omnino, numerisque omnibus abſolutam nobis ver… ſionem tradidiſſe: quod vel ex negligentia vel ex co… gnitionis defectu derivandum. Paucis tantum hoc argumentis illuſtrare veniam petimus. P. 154. *Wenn einem der Kof — wehe that; ſo deutet dies auf eine Ausreinigung*, ἀκαθαρσιην σημαινει: melius — *ſo zeigt dies Unreinigkeit, verdorbene Säfte an.* P. 155. *Wenn das Eiter flieſst, ſo muſs es, bis ſich der ſtarke Ausfluſs gelegt hat, mäſsigen.* Επισχευν cum caſu conſtrueto *reprimere, moderare* quidem ſignificat. Hic autem nullus caſus iungitur cum verbo; ipſa… que verba, ἐστ' ἀν ἡ πολλη της ἐυσιος παυσηται indi… gitant *expectare, ſuperſedere* verum eſſe ſenſum hu… ius vocis, ſicut apud *Xenophontem* multoties occur… rit. Itaque melius eſſet vertendus locus: *Wenn das Eiter flieſst, ſo muſs man warten (anſtehen) bis der ſtarke Ausfluſs etc.* — P. 155. *gelinde Diät* — μαλ… θακη διαιτη — melius *weichliche, erweichende.* — P. 157. *beide Bauchhhölen* — τας κοιλιας ἀμφω — melius *beide Höhlen des Körpers.* Κοιλιὰ enim cavi… tatem et thoracis et abdominis ſignat. (*Foeſ.* oeco… nom. Hipp. ad h. v.) — P. 157. *Die Schlafſucht.*

Utinam

ſtinam auctor ληθαργον a κωματι et in germanico idiomate adeo diſtinxiſſet, ut illam *Fieber-ſchlafſucht*, hoc vero *fieberloſe Schlafſucht* nuncupaviſſet. P. 159. *Die letzten Tage nach dem Purgiren.* Καθαρσις non purgationem per inferiora tantum ſed et evacuationem per vomitum ſignificat. De vomitu autem antea ſermo erat. P. 162. *Es kann weder Speichel, noch ſonſt etwas herbeiziehen.* Κατασπαν quidem *attrahere*; ſaepius quoque, et hoc loco ſpeciatim, *devorare, deglutire* notat. (Cl. *Ariſtophan.* Equit. v. 711.) P. 168. *Hierauf muſs er ſich einen Schwamm in den Hintern ſtopfen.* Βυω quidem *obturare, occludere* ſignat, alias conſilium ineptum foret. P. 178. *Wenn der Urath ohne Ungeſtüm, gallicht und ſparſam abgegangen iſt* Ατερμα χολωδης melius *etwas gallicht.* P. 178. *Man muſs ihm nach dem Bade ſüſſen und wäſſerichten kalten Wein reichen.* Μη ψυχρον: *nicht kalten.* — P. 285. *Weil man entweder durch Beſchwörungen oder durch Bähungen von ihm befreit werden ſoll.* Απολυονται γαρ ἡ καθαρμοισιν ἡ επαοιδησιν. Καθαρμοι ſunt purgationes myſticae, quibus daemones expiarentur, plerumque ſuffimigiis peractae. Επαοιδαι vero *carmina* goëtica, vocibus barbaris prolata, quibus quoque heroës et daemones propitii fierent. Καθαρμοι itaque per *myſtiſche Reinigungen*: ἐπαοιδαι per *Beſchwörungen* exprimuntur. P. 286. *ob ſie ſchon bleich und etwas elend blieben.* Ασθενης *entkräftet, ſchwach.* P. 286. *Wie die heutigen Sterndeuter, Segenſprecher etc.* Μαγοι και καθαρται. Magi non ſolum aſtrologi, ſed theoſophi variis artificiis goëticis conſpicui: ergo *Magier.* P. 288. *Niemand der in Lübien wohnt.* Ουδεις των Λιβυων των την μεσαγειον οικεοντων. *Keiner von denen Libyern, die um den Aequator wohnen.* Diſtinguendum enim inter Libyam ſeptentrionalem et meridionalem. P. 289. *ſondern etwas Natürliches die Urſache abgiebt.*

Ανθρω-

Ανθρωπινον hic ideam ſecundariam malam involv… melius itaque, *ſondern daſs etwas Menſchliches* … *Spiele iſt.* *Ib. durch Reinigungen* καθαρμοις — … lius *durch myſtiſche Reinigungen.* *Ib. weil bei ihnen* … *Rede oft vom Geiſtlichen und Göttlichen iſt.* Δαιμο… melius eſſet transferendum: *vom Einfluſs der Gei…* Namque *Geiſtlich* involvit aliam ideam. *Ib. Rec…* *ſchaffenheit und Argliſt*, dicuntur in textu ευσεβ… και δυσσεβεια quae voces melius transferuntur *Got…* *tesfurcht und Gottloſigkeit* ut oppoſitae magis app… reant. P. 290. *Den Mond zu verfinſtern.* Καθαρ… — *beſchwören.* *Ib. Winter* — χειμων melius *Stür…* *me*, cum ευδια *ſerenitas* ſit oppoſita. Tota haec pe… riodus non ſatis bene germanico idiomate expr… mitur.

GRIMM.	GRAEC.	EMENDAT.
Denn wenn ſie vorgeben, es zu vermögen, den Mond zu verfinſtern, die Sonne zu verdunkeln, Winter, heitern Himmel, Regen, Dürre und Meer und Erde unfruchtbar zu machen und noch viel andere Dinge hervor zu bringen, ſie mögen nun ſagen, daſs ſie es aus Heiligkeit oder einer andern Kenntniſs	Ει γαρ σεληνην τε καθαιρειν, και ηλιον αφανιζειν, χειμωνα τε και ευδιην ποιεειν και ομβρους και αυχμους, και θαλασσαν αφορον και γην, και τ'αλλα τα τοιουτοτροπα παντα επιδεχονται επισταζθαι εἰδε και εκ τελετεων, εἰτε και εξ αλλης τινος γνωμης ἡ μελετης φασιν οιον τε εἰναι οἱ ταυτα επιτηδευοντις,	*Denn wenn ſie ſich die Kraft beimeſſen, den Mond zu beſchwören, die Sonne zu verfinſtern, Stürme und heiteres Wetter zu erregen, das Meer und die Erde unfruchtbar zu machen, und mehr dergleichen Dinge hervorzubringen, ſie mögen nun ſagen, daſs ſie wegen des höchſten Grades der Theoſophie, oder wegen einer andern ſublimen Wiſ-

und

Kraft thun; δυσσεβειν γε ἐ- ſenſchaft und Spe-
deucht mir μοι δοκεουσι κ. culation dazu fä-
τ. λ. hig ſind; ſo dünkt
mich etc.

P. 291. *ſo hat Are die Schuld.* Ἄρης eſt *Mars* Graecorum, nec femina: melius itaque *ſo hat Mars die Schuld.* P. 295. *Der andere (Aſt) ſteigt aufwärts durch die Adern rechts.* — Nonne hic loco δια φλεβων legendum δια μερων aut δια πλευρων, nam alioquin ſenſum non concipimus.

2. Cl. GRIMMIUS merito accuſatur, plerumque adeo verbotenus verba Graeca vocibus Germanicis expreſſiſſe, ut ad ſenſum fere non reſpexerit. Hoc ex ſequentibus exemplis patebit. P. 155. *Er wird ſich wiederum gleich und ähnlich.* Και ὁμοιουται παλιντα ἑωὐτω. Melius: *Er kommt wieder zu ſich:* (*Er erhält das Bewuſtſein wieder.*) P. 159 *Es ſcheint ihm in der Bruſt zu ſingen.* ἀιδειν· melius *zu kochen, zu pfeifen.* P. 161. *Dann muſs man ſie aushungern;* ἐπισχναινειν· melius *eine verdünnende, magere Diät anwenden.* P. 163. *Man muſs arbeiten, daſs die Lunge kleiner wird.* Ἰσχναινειν τον πλευμονα. *Man muſs die Lungen reinigen.* P. 166. *Sie ſpeien durch die Naſe weg.* ἀνεμουσι δια των ῥινων. Melius: *Das Getränk geht wieder duch die Naſe fort.* P. 177. *Und es iſt nothwendig, daſs man an den gehörigen Tagen Blut aushuſtet.* Ἀναγκη αἱμα ἀποβηξαι ἐν τησιν ἡμερῃσιν. ἐν ῇσι δει. Melius: *und man pflegt an den gewöhnlichen Tagen Blut auszuhuſten.* P. 178. *Wenn der Kranke unrein von der Krankheit ergriffen wird.* Melius: *Wenn der Kranke unreine Säfte hat, indem er von der etc.* P. 182. *Man muſs, was das Eiter ausführt, in die Lunge füllen.* Ἐγχεαι εἰς τον πλευμονα. *Man muſs ſolche Mittel, die das Eiter ausführen, in die Lunge zu bringen ſuchen.* P. 197. *Ein ſchallvoller Kopf.*

Ηχους πλειη ἡ κεφαλη. Melius: *In dem Kopf hängt ſich Luft an.*

3. Merito denique Cl. GRIMMIUS accuſatur, puritati germanici ſermonis non ſatis ſtuduiſſe, idque effeciſſe, ut alii non intelligant penitus multis in locis ipſius verſionem, alii autem malint verſionem *Cornari* aut *Foeſii* legere, cum ſaepius textus ipſe haud adeo obſcurus ſit ac verſio vernacula. Innumeris argumentis hoc confirmare poſſemus; ſufficiat tamen, pauca haec afferre. P. 155. *Damit das Gehirn zeitiger ausgefegt werde.* P. 297. *Die ſolchergeſtalt ausgefegten Kinder.* P. 155. *Der Unterleib muſs auch leicht beweglich* (εὐλυτος) *ſein.* P. 158. *Oft ſetzt es auch in die Lungen-Entzündung um.* Quid? Nil enim anteceſſit: tales autem ellipſes millies occurrunt. P. 162. *Er ſieht ſtarr mit ihnen vor ſich hin.* p. 163. *Für Erſticken kann er ſich nicht beſinnen.* P. 180. *ſo gebe man ihm nüchtern einer wilden Olive groſs. Kupferblüthen.* P. 182. *und er eilen aufzuſtehen.* l. *er muſs eilen.* P. 184. *ein feines Leinwand.* P. 186. *Honigroſen* l. *Honigkuchen, Honig ſcheiben — waben.* p. 298. *Das Herz zappelt.* l. *klopft, ſchlägt.* P. 298. *Dies wiederfährt ihm alſo, wann es nach dem Herzen geht.* l. *Dies widerfährt dem Kranken alſo, wenn der Schleim zum Herzen flieſst.*

Multo magis nobis placent ſcholia eruditionem haud vulgarem redolentia, de quibus adhuc pauca dicere liceat. Κεδματα in primo libro de morbis p. 5. egregie explicat auctor per vulnera et ulcera iuncturarum ex cauſſis internis (*Gruner* morbor. antiquit. p. 192.) Θυμβρα eſt *Satureia thymbra*, non *S. hortenſis.* Μινθη *Mentha ſativa.* Τρια ἡμικοτυλια ἀιγιναια recte *libram* nominat. Πενταφυλλον eſt *Tormentilla vulgaris.* Κεγχρεον *Panicum miliaceum.* Σκορπιος eſt *Scorpaena parcus*, quam ad ripas maris medi-

mediterranei ſaepius capi et carnem edulem praebere teſtatur auctor. Κενταυριον eſſe *Centauream centaurium*. (Credimus potius *Cent. rhaponticam* eſſe.) Δαυκος eſt *Athamanta cretenſis*. Ακαλυφη eſt *Urtica dioica*. Ναπυ *Sinapis nigra*. Τριφυλλον *Pſoralea bituminoſa*. *Butyrum* veterum graecorum nihil fuiſſe niſi *cremorem* noſtrum.

V.

ANTON. L. B. DE STOERCK, Domin. in Ietelſee, Auguſtiſſ. Imperator. a Conſil. Aulic., Archiatror. Comitis, Studii Medici, atque Inclytae Facultat. Medic. Vindob. Praeſ., ac Dir. perpetui, per univ. Auſtriae Provinc. Protomed. Noſocom. Pazmannian. Phyſic., Cenſ. Caeſ. Reg. Aſſeſſ. Societ. Edimb., Botan. Florent., Med. Pariſin., Academ. ſcient. Neapol., Scient. Acad. Natur. curioſor., Degli Agiati di Roveredo Membri, etc. etc. Praecepta medico-practica, in uſum Chirurgorum caſtrenſium et ruralium Ditionum Auſtriacarum; E Lingua Germanica in Latinam verſa per IOANNEM MICHAELEM SCHOSULAN, Medicinae Doctorem Vindobonenſem, et eiusdem Facultatis medicae p. t. Decanum. Editio Tertia, et in I. vol. redacta. Lugduni, apud I. B. Delamolliere. 1791. 8. mai. pagg. 559. ſine elencho capitum et indice.

Prior editio latinae verſionis, quae Vindobonae 1777. 8. prodiit, iam ad manus nobis non eſt, quare in comparatione praeſentis cum archetypo germani-

manico *) acquieſcere nos oportet. Et de bo
quidem laudibus, poſt tot annos dudum agnit
celebratis, multa proferre ſuperfluum iudica
Frequentiſſimorum morborum deſcriptio accu
captuique eorum, quorum cauſſa ſcriptus eſt lib
accommodatiſſima, relictis omnibus hypothetic
aeque concinna medendi methodus cum formul
lectis proponuntur, in quibus medicamentorum
Ill. Auctore ſtudioſius examinatorum crebram me
tionem fieri nemo mirabitur: inter alia cicutam
p. 152. potione cum ſyrupo fumariae et liquore terrae foli
tae tartari adverſus tuſſim convulſivam, praecipue
rhachiticis et obſtructione glandularum laborantibus;
p. 493. flammulam Iovis adverſus chronicam uteri haemor
rhagiam, effluente ſanguine tenui et acri (in hoc casu et
p. 496. iam extractum gratiolae), et adverſus fluorem albu
malignum, praecipue ſi ſcirrhi vel maligna ulcera i
abdomine animadvertantur, commendati deprehendi
p. 517. mus. Abortum in debilibus hyſtericis irritabilique
utero praeditis interdum praecaverunt duo vaſcula in
fuſi foliorum aurantiorum tempore graviditatis (in
edit. germ. expreſſis verbis tota graviditate durante)
p. 519. mane et veſperi aſſumta. Rhachitidem pulvis oſtra
codermatum ad grana 20 bis de die datus non raro
integre ſuſtulit, ubi uſus illius per plures menſes,
ſub inde per annum integrum continuabatur. Mi
p. 273. ramur tamen, in tractatione de ſcarlatina oedematis
univerſalis eidem interdum ſuccedentis nullam men
p. 176. tionem fieri. Neque infuſum ſemivinoſum corticis
peruviani cum corticibus aromaticis et marte in vo
mitu

*) ANTON *Freyherrn von* STÖRCK — *mediciniſch-praktiſcher Unterricht für die Feld- und Landwundärzte der öſtereichiſchen Staaten. I. und II. Theil. Wien* 1776. 8.

mitu cruento, praemiſſis licet praemittendis, abſque
mma circumſpectione adhiberi poſſe putaverimus.

Verſio latina praeter aliquot vitia dictionis ſatis
ura eſt et ſenſum Auctoris bene aſſequitur: in-
enimus tamen quaedam, ad typographi forte erro-
s referenda, v. c. „Hiſce vero remediis ſpatio vi- p. 70.
inti quatuor (in edit. germ. 12.) horarum optatum
on praeſtantibus effectum.“ — „Verum tales cauſ- p. 314.
ae ſolae ad producendum hunc morborum non ſuffi-
ciunt, niſi antea iam in corpore praediſpoſitio latitet.“
(In edit. germ. prorſus contrarium: „*Eben dieſe Ur-
ſachen können auch für ſich allein dieſe Krankheit her-
vorbringen, ohne daſs vorher der Same im Leibe ge-
ſtreut hat*“ — ſermo eſt de cauſſis excitantibus epilep-
ſiae.) — „dolores poſthumi“ — loco dolorum poſt p. 531.
partum. *Sudor* pro *dolor* p. 220. l. 3. *numquam* pro
nonnunquam p. 313. l. 17. et *tempeſtive* pro *intempeſtive*
p. 466. l. 11. aperte errores typographi ſunt. Praefa-
tio Ill. STÖRCKII omiſſa eſt. In tractatione de colica p. 182.
pyctonum (ſic enim ſcriptum legimus) uſus internus
olei; in tractatione de calculo ea, quae peragenda p. 450.
ſunt ad excretionem urinae iuvandam, quando cal-
culus in veſica aut fruſta eius in urethra illam impe-
diunt, antequam ſectio tentetur, omiſſa ſunt, quae
in ed. germ. legimus. E contrario inſerta eſt tractatio p. 330.
de hydrophobia, in ed. germ. deficiens inter primum
et ſecundum tomum intermedia. In hoc etiam diver-
ſitatem obſervavimus, quod in ed. germ. formulae
medicamentorum collectae ad calcem totius operis,
hic autem ſingulae tractationi ſubiunctae inveneri-
mus, quod utique commodius nobis videtur, licet
eo modo fieri non potuerit, quin plurimae eorum
ſaepiſſime repetitae occurrant.

VI.

IACOBI THEODORI KLEINII ichthyologia enodata ſive index rerum ad hiſtoriam piſcium naturalem ſynonymis recentiſſimorum ſyſtematicorum explicatus ab IOANNE IULIO WALBAUM Medicinae Doctore, Societatis oeconomicae Imperialis Petropolitanae, Berolinenſis naturae Curioſorum et Lubecenſis literariae Sodali. Lipſiae, in libraria Gleditſchia MDCCLXXXXIII. 4. mai. pagg. 114. ſine praefatione.

Quum b. KLEINII hiſtoria piſcium hodienum a multis ob icones piſcium quorumdam in aliis libris non inveniendas aeſtimetur: Cl. WALBAUM omnino hoc labore de iis optime meruit, non tantum ſimplicem indicem exhibens, ſed etiam deſcriptas ſpecies accuratius definiens. Quamvis enim Ill. GRONOVIUS et BLOCH multa iam praeſtiterint: multum tamen laboris ſupererat, neque ipſe Auctor noſter omnia adeo explicare potuit, quin multa dubia, multa prorſus non enodanda reſtarent. In ARTEDII ſynonymia ſequutus eſt recentiſſimam, quam Ipſi debemus, editionem *). Noviſſimam S. N. editionem Gmelianam allegatis uberrimis auxit, quae hic repetere nimis prolixum foret: ſpecies tamen in hac non occurrentes partim a Cl. BLOCH, partim a ſe ipſo definitas hic tradamus omiſſis dubiis nonnullis.

p. 96. *Pleuronectes punctatus* BL. t. 189. *Pl. whiff* ren. ART. III. 120. *Paſſer* alter cute dura et aſpera; ore magno hiatu, KL. IV. p. 34. n. 9.

Chae-

*) PETR. ARTEDI Ichthyologiae Pars III. ſive Genera piſcium a IO. IUL. WALBAUM ſucta. Gripeswaldiae 1792. 4.

Chaetodon Kleinii BL. t. 218. f. 2. ART. ren. III. p. 85. 422. *Rhombotides* dentatus capite magis contracto; oculis in medio zonae unicae obliquae; 17 aculeis curtis, incurvis, in pinna dorsali eminentibus; squamis latis, KL. IV. p. 37. n. 8. t. 10. f 2.

Chaetodon trifasciatus, suborbiculatus; dorso duplo altiore quam abdomine, caudae pinna integra. *Rhombotides* fasciis umbratilibus latiusculis tribus; pinnis dorsali et ventrali e medio corporis oriundis, KL. IV. p. 37. n. 11. t. 11. f. 1. p. 86.

Sparus vittatus BL. t. 263. ART. ren. III. 290. *Pe-* p. 72. *ta* pinnis duabus ventralibus; dorso altiore ventre; squamulis argenteis ex auro splendentibus; in lateribus 7 magnis striis longitudinalibus coloris fusci lucidi; in capite nigra lata stria descendens utrinque; ore coeruleo; pinnis et cauda divisa luteis; iride rubra, fusco et albo mixta, KL. V. p. 37. n. 3.

Sparus macrophthalmus BL. t. 272. *Sp.* iride purpu- p. 101. rea, sulphureo circulo inclusa; toto corpore sulphureo; ad os deauratus, ut splendeat; linea angusta a capite ad caudam; rictu amplo; denticellis crebris; oculis ingentibus, KL. V. p. 51. n. 9. t. 9. f. 2.

Labrus macropterus, fuscus, ovatus, fronte valde de- p. 33. clivi, cauda bifurca, w. *Cyprinus* brevis, totus fuscus, minutus; cauda attenuata, cuius pinna alta incisura divisa; capite declivi, et reliquo corpore ovatus; lateribus carinatis, KL. V. p. 60. n. 5. t. 11. f. 3.

Labrus pilosus, oblongus, fronte praecipiti, pinnis et- p. 33. squamis parum pilosis, pinna caudae lunata. *Cyprinus* brevis, leucophaeus, capite declivi et breviusculo, pectoreque albicantibus; iride aurea; pilis tenuissimis vix perceptibilibus in

capite ex ſquamis et radiis pinnarum floſcu-
tibus, brevibus, KL. V. p. 60. n. 6. t. 11. f.

p. 31. *Labrus meſoleucus*, roſtro brevi ſimo; fronte ma-
praecipiti; corpore oblongo, ante albicante
pone fuſco; caudae pinna poſt cingulum alb
integra, w. *Crayracion* ventre feſſili; capite a
teriore in parte cinereo; fronte nigra; a
diis laterum ad caudam uſque fuſcus; caeteru
albicans et reticulatus, laevis, KL. V. p. 7
n 14. t. 6. f. **.

p. 71. *Scomber Guarapucu*, corpore fuſiformi, elongato;
linea laterali flexuoſa, ſquamoſa, w. *Pelam*
octo penicillis in cauda utrinque; corpore pra
omnibus caſtigato; linea laterali ad ſecundam
pinnam valde arcuata; roſtro longiſſimo; cau-
da lunata, KL. V. p. 13. n. 6.

p. 64. *Scomber ephippiatus* (ſecundum allegatum ex MARC-
GR.). *Mullus* imberbis, ex argenteis thalaſſi-
nisque in nigrum colorem vergentibus macu-
lis amplis, quaſi ephippiatis variegatus; cy-
nea linea ad dorſum, dorſo ex cyaneo aureo, KL.
V. p. 23. n. 5.

p. 108. *Polynemus Naſo*, argenteus, digitis ſex, dimidio cor-
pore brevioribus; roſtro, naſuto cartilagineo, w.
Trichidion corpore oblongo, ore acuminato,
amplo, edentulo, mandibula ſupera longiore;
iride aurea; pinnis praeter caudam 7 et inſuper
ſub qualibet pinna poſtbranchiali ſex pilis albis,
craſſiuſculis, tres digitos longis, retrorſum
vergentibus donatus; ſquamis argenteis; dorſo
ſummo, capite pinnisque omnibus cinereis lon-
gitudine pedalis. Piracoaba Marcgravii, KL. V.
p. 29.

p. 32. *Cyprinus Rex* BL. t. 17. ART. ren. III. 24. *C.* cir-
rhoſus; ſquamis quadruplo vel plus maioribus,
quam primus; huc atque illuc nudus; duriore
cute,

cute, circa dorſum nigra, circa latera et alvum aurei coloris, KL. V. p. 59. n. 2.

Oſtracion Naſus BL. t. 138. ART. ren. III. 470. p. 31.
Cravracion roſtro os in prona parte ſuperante; ſtellatus et teſſellatus, KL. III. p. 22. n. 29.

Diodon Kleinii oblongus ore retracto, oculis proximo; aculeis in capite, dorſo et ventre, minutis raris; pinnis ſub cauda duabus. *Cravracion* ore difformi, labro inferiori triangulo, veluti reſecto; ſpinis curtis, acutis, in capite, in dorſo et ventre raris, KL. III. p. 19. n. 10. t. 3. f. 7. p. 29.

Baliſter niger BL. t. 152. ART. ren. III. 456. *Capriſcus* ad caudam forcipatam ſtriatus, dentibus aequaliter praeciſis, veluti humanis inciſoriis, KL. III. p. 25. n. 3. (an *B. ringens* L.?) p. 15.

Ex generibus Blochianis in S. N. nondum receptis:

Bodianus pentacanthus BL. t. 225. ART. ren. III. 676. p. 73.
Perca pinnis duabus ventralibus; cauda ſubrotunda furcata; ante pinnas bronchiales aculeata, pariter et in ventralibus; ſquamulis ſerratis, argenteis: capite ſupero incarnati coloris et hiſpido; pinnis omnibus ſubrufi coloris (*fleiſchfarb*), praeter anteriorem dorſalem ſpinoſam ex aureo umbratilem; ſuper oculos macula ſanguinea; iride argentea, KL. V. p. 38. n. 8.

Percis pinnis ſex; rubeſcens; in ventre ex rubro et albo maculata; in lateribus puniceis maculis et nigris varia; pinnis rubris nigro maculatis; 10 ſpinis pungentibus in dorſo; ſquamis ita complicatis ut laevis videatur, KL. V. p. 41. n. 3. p. 75.

Bodianus Aya BL. t. 227. ART. ren. III. 675. *Perca* pinnis duabus ventralibus; in inferiore mandibula dentibus ad acicularum inſtar, in ſuperiore p. 72.

duobus longis et craſſioribus, intercedent[ibus] minutiſſimis munita; iride ſanguinea ex argen[teo]; media parte pinna dorſalis in rima repo[sita] bilis; cauda fere aequali; ſquamis argenteis, [ad] guineo colore umbratis; ventre et faucibus [albis] pinnis, praeter ventrales, ſanguinei coloris, KL. [V.] p. 37. n. 6.

p. 75. *Bodianus Apua* BL. t. 229. ART. ren. III. 673. *Pe[rca]* *tis* pinnis ſex branchialibus et poſt anum cir[ca]natis; coloris ex obſcuro, aureo hepatici; li[nea] ra retiformi cinerea, per totum corpus obten[ta] ſa; ſquamulis ad tactum glabris, ore ampl[o] oculis parvis, KL. V. p. 41. n. 6.

p. 73. *Holocentrus Sogo* BL. t. 232. ART. ren. 639. *Per[ca]* pinna unica ventrali longa; ore parvo; tot[a] rubra praeter ventrem et duas ſpinas anteriore[s] pinnae ani albicantes; poſteriore parte pinnae dorſalis longiſſima; anterior 12 aculeorum, quo[rum] rum quartus et quintus altiſſimi; cauda inſigni[ter] ter forcipata, KL. V. p. 38. n. 10. Squirrel

p. ead. CATESB. II. 3. *P.* capite mox a tergo declivi; pinnis duabus ventralibus; oculis magnis; iri[de] de aurea; pupilla nigra; branchioſtegis lamel[lis] lis et lateribus argenteis; dorſo, roſtro gula[que] que flavicantibus; cauda aequali; per latera branchiis et caudam verſus deſcendunt 9 vel 10 lineae, aequis intervallis, aureae, punctatae; inferiori mandibula paulo longiore, KL. V. p. 39. n. 14. t. 7. f. 5.

p. 81. *Holocentrus tigrinus* BL. t. 237. *Perca tigrina* ART. ren. III. 352. *Prochilus* capite producto; pinnis ani, dorſi caudaeque maculatis; branchialibus oblongis, albis; reliquo toto corpore ad lyncis inſtar maculatus et faſciatus, KL. V. p. 60. n. 4. t. 12. f. 4.

Lutia-

Lutianus Lutianus BL. t. 245? *Sargus* dentibus in inferiori latis, in ſuperiori mandibula ſerratis; iride lata, rubra; cauda lunata; ad caput gibboſus; colore ex fuſco viridi; ſquamis parvis, pinnis fuſcis, KL. V. p. 58. n. 6. t. 10. f. 2. p. 89.

Lutianus Ephippium BL. t. 250. f. 2. ART. ren. III. p. 684. *Prochilus* ovatae figurae; macula fuſca magna, ad inſtar auleorum ephippii e dorſo dependente; ſquamulis laevigatis, KL. V. p. 60. n. 1. t. 12. f. 1. p. 81.

VII.

Eſſai ſur la nature et le traitement de la phthiſie pulmonaire, avec un Supplément ſur l'uſage et les effets de l'émétique fréquemment répété, par THOMAS REID, M. D. F. A. S. Mis en François par MM. DUMAS et PETIT-DARSSON, Docteurs-Médecins de l'Univerſité de Montpellier. On a joint à l'édition Françoiſe un Diſcours préliminaire et des Notes. à Lyon, chez J. B. Delamolliere. 1792. 8. pagg. 422. cum tabula capitum. Dedicatio. Diſcurſus praeliminaris et introductio pagg. LXXX.

i. e.

Tentamen de natura et curatione phthiſeos pulmonalis, cum ſupplemento de uſu et effectibus emetici frequentius repetiti, auctore THOMA REID, gallice verſum per Cll. DUMAS et PETIT-DARSSON. Accedunt editioni gallicae diſcurſus praeliminaris et annotationes.

In

p. XII. In diſcurſu praeliminari Cl. DUMAS, olim compa-
tionem medicinae antiquioris cum hodierna ſe e-
turum ſpondens, cuivis ſcientiae tres epochas
ſtinctas aſſignat, in quarum prima facta et ideae ſi-
p. XV. plices elementares acquiruntur; in ſecunda in ſyſ-
ma coordinari tentantur, in tertia ſeries indefi-
num digeſta principiis arcte inter ſe iunctis totam ſ-
entiam ſiſtit, ortis inde ideis generalibus aeque ce-
tis ac theoremata mathematica. Medicinam ul-
mum hunc gradum nondum attigiſſe, ad eum tame
forte adſpirare, ſi revolutioni felici a doctis ſeptem-
trionis paratae credendum. Cauſſae, quae impedi-
verint, quo minus ad eum evecta fuerit: praeiudi-
cium auctoritatis verſus veteres, et defectus ſcientia-
rum auxiliarium, phyſices, anatomes cet. Ve-
p. XXII. teres nullorum fere morborum niſi acutorum, in-
primis bilioſorum, rationem habuiſſe, chronicis a
p. XXV. Themiſone demum diſtinctius conſideratis. Cauſ-
ſae, cur hi hodie longe frequentiores ſint quam pri-
ſcis temporibus, morales aeque ac phyſicae: ſtatus
XXVIII. ſocialis animi paſſiones (ambitio et moeror tantum
nominantur) excitans, quorſum et increbeſcens ad-
eo litterarum ſtudium referendum, quae tamen
omnia *ſublimi conſtitutione* correctum iri (haec 1791.
ſcripta ſunt; integrum ſermonem Cl. DUMAS hic re-
XXXVI. petere alienum foret); mutata vitae ratio in victu,
poſthabitis balneis, frictionibus, exercitiis corporis;
neglectus efficacioris medendi methodi veterum; mu-
p.XLIV. tatio climatis per inſigniores revolutiones telluris to-
tius vel regionum particularium inde frigidiorum et
humidiorum redditarum, unde corporum debilita-
tio et morborum criſes impeditae aut plane ſublatae,
p. LVI. qui effectus potiſſimum verſus initium ſaeculi 15. ſe
monſtraverint, morbis bilioſis plus vel minus in ca-
tarrhales et pituitoſos abeuntibus, novisque orienti-
bus, ad quorum evolutionem conſtitutio pituitoſa

prae-

praedominans necessaria sit, qualis venereus et rhaphiticus, a qua periodo etiam constitutio ista frequentior fuerit quam olim. Communes huius constitu- p. CIX.
tionis effectus, frequens inde derivanda consumtio solidorum et liquatio fluidorum, seu phthisis, adeo saepe ab affectibus catarrhalibus ortum ducens, et remedia toti corpori et speciatim pulmonibus robur amissum restituentia postulans, ubi ipse Auctor noster ipecacuanham in parvis dosibus vel solam in sub- p. CXIII.
stantia, vel in forma syrupi cum incidentibus v. c. polygala, lichene pyxidato, iride cet. coniunctam laudat. Eidem constitutioni frequentia febrium catarrhalium prae inflammatoriis et bilioſis adscribenda, cuius argumenti expositioni academia Divionensis 1788. praemium exposuerat tractationemque Auctoris nostri publice laudaverat, adiuncto voto, ut ei ultimam manum ad praemium dilatum et 1791. defiendum admoveret, a quo tamen alia negotia illum abstraxerunt. Affinitas harum febrium cum p. CXVI.
phthisi pulmonali a catarrho male curato frequenter orta, quod argumentum Cl. REID explicandum sibi sumsit; febris hanc comitans catarrhali similis. In catarrhis frigus et humiditas humores pituitosos et lymphaticos copiosius ad pulmones allicit, qui quum resorberi nequeant, ibi stagnando spissantur et symptomata catarrhi producunt, donec tandem cellulosa pulmonum fabrica penitus labefactetur et in degenerationem purulentam abeat. Praeterea transpiratio suppressa praesertim in subiectis succi plenis non tantum materiam perspirabilem retinet, sed etiam humorum nutritioni corporis impendendorum appositionem impedit, eos in contextu cellulosо accumulat, cum materia perspirabili repressa miscet, hocque modo febrim excitat, qua corpus a mole sua liberare sese annittitur; inde recursus huius febris versus noctem, eiusque remissio matutina, calore

solis

ſolis vires verſus cutim dirigente; inde effectus
niorum evacuantium in hac febre; analogia hor
motuum febrilium cum febre puerperali a lymp
et lactis metaſtaſi ſecundum Cl. SELLE deriva
Quantum hae ideae cum Cl. REID conveniant.

Huius tractatus *) olim iam paucis in comme
tariis noſtris indicatus eſt **), et apud nos verſio
germanica ***) ſatis innotuit. Nonniſi de phth
tuberculoſa ſe acturum, ſtatim ſub initium mon
Albedinem et pelluciditatem dentium non pro ſing
lari eiusdem ſigno agnoſcit. Calorem febrilem pa
p. 6. paſtum non admiſtioni chyli ad ſanguinem, ſed
p. 15. mulo ab alimentis ventriculo illato et per conſenſu
totum corpus afficienti adſcribi debere. Febrem re
p. 16. ſperi redeuntem non eſſe ſymptoma generale. Non
adeo perſpirationem cutaneam ſuppreſſam cauſam
p. 32. catarrhi videri, quam vaſa pulmonum exhalantia fri
gore externo ita mutata, ut lympham ſpiſſiorem ſe
cernant, mora acriorem futuram et irritaturam, quum
ab aëre ſub reſpirationis negotio non adeo facile ſol
vi et eliminari queat; inde eodem modo in pulmo
nibus, quo in aliis corporis partibus internis, lym
pham in pus verti; eidem cauſſae tuſſim convulſi
p. 39. vam adſcribi debere. Subſiſtente cauſſa in vaſa agen
p. 41. te et lympham inſpiſſante, haec denique orificia vaſo
rum obſtruit et ſic dicta tubercula format, perperam
pro

*) An eſſay on the nature and cure of the phthiſis pul
monalis. By TH. REID. London 1783. 8. 2d. edi
tion enlarged. Ibid. 1785,

**) Vol. XXXII. p. 59.

***) REID *Verſuch über die Natur und Heilung der
Lungenſucht. Nach der neuen engliſchen Ausgabe
überſetzt von* DIEL. *Offenbach.* 1786. 8.

ob vitio glandularum habita, quippe quas pulmoni-
bus Auctor noster cum Cl. HEWSON plane dene-
gat. Observationes de tuberculis indeque ortis vo- p. 46.
catis ex schedis Cl. STARK (post mortem eius a Cl.
SMYTH *) editis). Pus in his inventum probabili-
ter nihil esse nisi lympham degeneratam per mini- p. 51.
mas aperturas, punctiurae acus similes, in tubercu-
lorum substantia reperiundas, quae ipsae sint orifi-
cia vasorum exhalantium egressam attactuque aëris
foetidum foetidam redditam; ab hac mutatione de-
structionem substantiae parenchymaticae pulmonum
successu temporis proficisci. De discrimine excreti p. 53.
moci a pure. Male ab auctoribus febrem hecticam p. 59.
cum phthisi pulmonali confundi; aut ad febrem pu-
tridam referri, aut ab acrimonia ex pure ulcus effi- p. 70.
ciente et resorpto deduci. Febris hectica ex absces- p. 74.
su v. c. hepatis cet. diversa a pulmonali eo, quod
continua sit; posterior, in principio pleuriticae simi- p. 88.
lis, progressu temporis tuberculis iam formatis ma-
nifesta signa remissionis et sudores matutinos offert;
docent praeterea observatibnes, saepe per longum p. 91.
tempus pus ex vomica simplici excreari sine ulla fe-
bre aut sanitatis dispendio. Resorptionem per orifi- p. 96.
cia venarum a plerisque auctoribus negari; per vasa
lymphatica tumorem glandularum ad claviculas po-
sitarum comitem habere debere, quum pluribus in
casibus materiam morbificam seu miasma glandulas
petere conspiciamur, istas tamen glandulas nonnisi in
subiectis scrophulosis tumefieri. Fluidum ex pul-
monibus exhalatum lympham tantum limpiditate et p. 100.
tenuitate aequat, non autem coagulabili indole; an
ergo peculiare systema vasorum excretioni eius in ve-
siculas aëreas dicatum, quum lymphatica illud non
absor-

*) Vid. Comment. Vol. XXXIII. p. 64.

p. 101. abſorbeant? Aër inſpiratus forte alii principio, gi-
ſto, evacuando inſervit. Aliae corporis
nes ita comparatae ſunt, ut altera alteram
pulmonalis autem unica eſt, quum actioni
tionis numquam interrumpendae iungatur.
p. 105. riae perſpirabilis maior quantitas per pulmones
per totam reliquam corporis ſuperficiem
p. 107. Quodſi ergo inflammati aut tuberculis vomicis
affecti ſufficientem aëris copiam non ſuſcipiunt,
dum exſpiratione evacuandum retinetur, ex
cum ſuperabundante phlogiſto coniunctione
praecipua febris hecticae pulmonalis exiſtit, immin
quamprimum perſpiratio pulmonum per cutan
ſuppletur, ſubſiſtens vero et aucta, pulmonibus
ſtatu morboſo remanentibus, horumque debili
aucta increſcens; ultima denique morbi periodo,
ribus prorſus exhauſtis, vires muſculares et actio
ſorum fluidum iſtud ad cutim amplius propellere
queunt, quod ergo ad inteſtina delatum diarrhoea
inducit. Obſervanda tunc ſputorum imminutio non
a materiae purulentae ad inteſtina converſione, ſed
a deſtructione pulmonum proficiſcitur, cui etiam de-
fectus virium ad exſcreationem accedit. Ad obiectio-
p. 120. nem, quum morbus cicatrice pulmonibus inducta
poſtquam multum ſubſtantiae eorum perditum fue-
rit, feliciter finiatur, ſequi debere, ut ſanguis in-
dem accumulationibus obnoxius maneat et materia
perſpirabilis in corpore retineatur, reſponſurus Cl.
Auctor ad infinita et miranda ſubſidia reſpiciendum
eſſe monet, quibus natura ad corporis conſervatio-
nem utatur, et quae adeo in vegetabilibus pateant.

Iam priusquam huic hypotheſi ſuam medendi
rationem ſuperſtruat, remedia uſitatiſſima examinat.
p. 131. Venae ſectio vix niſi ſub initium morbi utilis; pri-
marius eius effectus in debilitatione toni et actionis
p. 136. fibrarum muſcularium ponendus. Sanguinem in

circu-

culatione ipſum non mutari, ad quod ulterius con- p. 138.
mandum ſuadetur, ut inoculatio variolarum ope
guinis ex varioloſo durante eruptione deſumti, ſi-
lique modo tranſplantatio morbi venerei tentetur.
morbis inflammatoriis lympha coagulabilis ſola
utatur. Reſolutio ſic dicta ſanguinis in peſte, ſcor- p. 139.
uto, poſt uſum protractum mercurialium, temere
ſumta, craſſamento eius ſub his conditionibus ae-
ne denſo ac in morbis inflammatoriis. Inſignem
itur medicamentorum, quae in ſanguinem agere p. 140.
icuntur, numerum vix ullum in vias circulationis
fectum exſerere, et ſtricte loquendo nulla exiſtere
ntiſeptica interna. Mercurii actionem principalem,
ſi unicam, eſſe in ſyſtema lymphaticum. Pectora p. 143
ium demulcentium, incraſſantium, oleoſorum no-
ae. Scillitica opio iuncta in tuſſi et aſthmate humo- p. 147.
ali abſque complicatione inflammatoria proficua. p. 152.
Balſamica et gummoſa aeque aliena ac oleoſa; ſi quem
uſum praeſtiterint, id a calore ventriculo impreſſo
pulmonibusque ſympathice communicato gratumque
iis ſtimulum impertiente, aut a vi purgante illorum
repetendum. Cauteria, cauſtica, ſetacea et exutoria p. 154.
inutilia, ob praeconceptam ideam de pure in ſangui-
ne, quum in ſano etiam corpore pus generent; ſi
maiorem ſuperficiem tangant, ipſa earum actio febri
excitandae ſufficit. Cortex peruvianus, nullas ultra p. 158.
primas vias vires exſerens, in quavis febris hecticae
pulmonalis periodo noxius, aeque ac alia antiſeptica
et cardiaca. Aquarum Briſtolienſium noxae. Cauſ- p. 162.
ſae quaedam externae curationem phthiſeos pulmo- p. 167.
nalis adeo difficilem reddentes, quae in ſe ſpectata
quavis periodo ſanationem admittat, modo viribus
nondum nimium deſtructis nec digeſtionis organis
nimium laeſis. In id allaborandum, ut cauſſarum
occaſionalium febris evolutio in primis viis et obſtru p. 170.
ctiones viſcerum abdominalium praevertantur, mate-

ria purulenta in pulmonibus congeſta via breviſſ[ima] evacuetur tuſſis mitigetur et inflammatio organ[orum] rum adeo tenerorum ſedetur, tandemque effectu[s] aeris, motus corporis, diaetae animique affectu[s]
p. 171. ratio ſolerter habeatur. Tuſſis quacumque de cauſ[a] pertinax, ſicca, ſonora cum doloribus pectoris et fe[bre] bre et calore inſigniore venaeſectionem moderat[am] debitis intervallis repetendam poſtulat, niſi debilit[as] obſtet; alvus lenioribus ſalinis, decocto hordei, in[fuſo] fuſo lini libera ſervanda, ſomnus ſyrupo diacodion[i] vel tincturae thebaicae convenienti doſi ante cubi[tum] tum ſumta, et ſi opus fuerit media nocte repetenda, procurandus (elixir paregoricum, in prima editione commendatum, iam ut nimis aeſtuans reiicitur). Primae viae ſub initium quorumvis morborum, qui febrem comitem habent, liberae reddendae: niſi contraindicans adſit, huic fini pleniſſime ſatisfeciſſe mercurium dulcem cum rheo; poſt eius uſum in omnibus ſpeciebus tuſſis omnibusque periodis phthi[ſeos] ſeos ſumme proficuum pulverem ipecacuanhae ea do[ſi], ut nonniſi ſemel vel bis vomitum cieat, mane et (raro ubi opus fuerit, p. 185) veſperi dandum, doſi ſenſim auctiore, prout aegri eidem adſueſcunt. Tar-
p. 181. tarus emeticus ipecacuanhae poſtponendus, quia di-verſimode praeparatur, ventriculus nimis cito ei ad-ſueſcit, et ipſe facile per inferiora violentius evacuat.
p. 183. Vitriolum romanum Cl. Auctor ob celeriorem eius actionem minus ſufficiens arbitratus numquam ten-tavit ipſe, ſed in aegro quodam in ultima iam morbi periodo verſante levamen a quavis doſi perſpexit. Si in principio morbi ſaburrae biliosae ſigna adſunt, tartarus emeticus praeſtantior ſpecifica virtute eva-cuandi humores bilioſos, licet inexplicabili. Potu-lentis durante actione emetici non opus, niſi cona-
p. 185. tus aut ſpaſmi nimis urgeant. Ipecacuanha mane corpore ieiuno, debilioribus in lecto, porrigenda,

ſed

ed vitandus ſomnus; veſperi ita, ut actio eius ante conſuetum ſomni tempus finita ſit; ſi ſub forma pilularum, hae quotidie recentes parandae. Sub initium primae periodi febris et calor inſignis parcas doſes nitri aut maiores ſolito doſes mixturae ſalinae Riverii poſcit; alvus ſufficiente doſi pulveris ex ſale polychreſto et rheo verſus veſperam exhibita vel pauxillo electuarii lenitivi aperta ſervanda. His remediis imminuta febre, neque pure in ſputis percipiendo, mercurialia in doſibus minimis eximii nonnumquam uſus fuerunt, inprimis ubi hepatis obſtructi ſuſpicio erat. In dolore fixo laterum venae ſectionibus et antiphlogiſticis non cedente veſicatorium exiguum loco dolenti impoſitum formataque cicatrice renovatum aut hirudines eidem applicatae loco auxilium ferunt. p. 188 Ubi empyematis ſuſpicio, aut aegri paracenteſin reformidant, ſetaceum quamproxime ad partem affectam. Contraindicantia vomitoriorum: graviditas, ſcirrhus ventriculi aliique morbi obſcuri. p. 190

In ſecunda morbi periodo, ubi pus excernitur, tuſſi inprimis matutinis horis et ſub ſitu horizontali, febre hectica praeſente cum remiſſionibus regularibus et ſudoribus colliquativis matutinis, febris et pulſus conditio pectorisque praecipue ſub inſpiratione profunda dolor interdum venaeſectionem exigunt. p. 196 Neceſſitas vomitorii ad iuvandam puris excretionem. Adverſus ſudores matutinos tinctura roſarum vel pauxillum elixirii vitrioli, adiuncto, ſi opus fuerit, opiato v. c. ſyrupo pap. rhoeados. Si ab opiatis alvus clauſa, laxantia leniora; ſin nauſea et vertigo, coffea mane ſumenda. Menſtruorum fluxus durante morbo ſuppreſſus peculiaribus auxiliis non indiget. p. 203. Myrrhae uſus in febre hectica nullus; niſi forte viribus tonicis in primas vias adſcribendus;

p. 204. optima eam exhibendi methodus in infuſo cum aqu
calcis.

p. 205. Tertia morbi periodus diarrhoea accedente ſ
declarans ipecacuanhae inſiſtendum iubet, prov
vires aegri eam ferunt. Ex adſtringentibus pare
doſes rhei toſti, infuſum rhei cum aqua calcis, de
coctum haematoxyli camp. reliquis praeferenda; pr
potu conſueto decoctum album vel ſolum vel cum
vegetabilibus adſtringentibus, aut adſtringentia ſe
cundum Cl. MEAD *) ex lacte cocta. His, ſi opus
fuerit, opium iungendum.

p. 209. Status convaleſcendi continuatum horum re
mediorum uſum exigit, donec ſymptomata prorſus
evanuerint. Febris prorſus nullo ſuperſtite veſtigio
tonicis et adſtringentibus demum locus eſt: amaris,
p. 212. martialibus, mixturae myrrhae Griffith. aquis mar
tialibus. Inſerta hiſtoria aegri phthiſi hepatica affe
cti nimis prolixa eſt, quam ut paucis repeti poſſit.

Iam ad reliqua curationis auxilia Cl. Auctor pro
p. 227. greditur. Ubi de aeris diverſis generibus agit, quae
dam de exſpectanda ab aere dephlogiſticato utilitate
in curanda phthiſi pulmonali adfert, ſi debita cum
moderatione medicamenti inſtar adhibeatur. Aeris
ruralis laudes, ingente loco ex b. FOTHERGILL huc
p. 237. tranſcripto. Equitatio ſola, non obſtantibus SY-
DENHAMI laudibus, ſine aliis remediis phthiſin num-
quam ſanavit, in morbo provectiore noxia, niſi ſum-
mo mane ſuſcipiatur; maior eius in ſtatu convale-
ſcentiae uſus; febris eam prorſus non fert; vectio in
rheda aut lenis obambulatio, quantum vires permit-
p. 241. tunt, praeferenda. Ratio ſomni capiendi. Hilari-
tas animi variis oblectamentorum generibus, muſica
p. 243. inprimis, obtinenda. Salubres effectus itinerum in
diſſitas

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. I. p. 559.

ſiſſitas regiones non mutationi climatis, neque inſpiratis particulis balſamicis et reſinoſis in navi, neque motui oſcillatorio in eadem, ſed vomitui ab hoc excitato adſcribendi. Exemplum aegri per menſem p. 254. tuſſi violenta cum febre et inflammatione pectoris affecti, ſolo traiectu ex Anglia in Galliam vomitus vehementiſſimos excitante curati. Ulyſippo minus apta aegrotis ſtatio ob calorem diurnum frigusque p. 257. nocturnum utrumque intenſius; utilius iter ad Italiae p. 260. littora, ita tamen, ut aeger nonniſi interdiu in terra p. 261. commoretur, noctu in navi. Maderam Cl. GORDON, medicinam in hac inſula faciens, minus proficuum cenſet phthiſicis, praeſertim ubi morbus iam altiores radices egerit, cum ob variorum vitae commodorum defectum, tum ob aerem nimis penetrantem. Dieta: laudes vitae ſobriae et abſtinentiae a victu animali, aliaque praecepta de cibo potuque prolixe expoſita, at ſummae neceſſitatis et utilitatis. Veſtimentorum habitationumque ratio. Regulae de cavendo p. 283. contagio in ultima morbi periodo non prorſus in dubium vocando. Concluſio.

Supplementum ſecundae editioni additum ob p. 287. iectiones duas adverſus protractum vomitoriorum uſum refutat; aegros eorum uſui vix ſe ſubiecturos, et ventriculum eo detrimentum capturum. Ingens auctorum veterum aeque ac recentiorum numerus, efficacitatem vomitoriorum in quamplurimis morbis teſtantium; noxae inde pertimeſcendae a remedio adeo miti, quale ipecacuanha, prorſus nullae. Uſum p. 320. eiuſdem in aſthmate non, quae Cl. AKENSIDE *) ſententia, a vi antiſpaſmodica, ſed ab excitato vomitu pendere. Ipſam effectus ſalubres edere, ubi antimonialia ob atoniam ventriculi nihil praeſtiterint.

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XVII. p. 201.

p. 327. Uſus vomitoriorum in morbis pectoris ad praecaven-
dam et tollendam congeſtionem humorum, ne in-
p. 338. flammatoriis quidem exceptis. In variolis confluen-
tibus aegrum ſuffocationi proximum emeticum mo-
p. 343. ti eripuit. Tandem quaedam de contraindicantibus.
p. 346. Accedimus ad annotationes Cl. DUMAS, qui
p. 348. ipſe praecurſorem maioris operis eſſe monet. Cl. REID
in eo reprehendendum, quod methodum ſuam re-
centiorem iuſto latius extenderit. Neceſſitas atten-
dendi diſcriminis variarum ſpecierum phthiſeos. I-
p. 350. lam, quae ab irritatione nervoſa proficiſcitur, *gas oxy-
genium* non ferre, experimentum in cane factum pro-
bavit, qui 28. diebus continuis quotidie bis per 6. hora
ſub recipiente amplo ita adaptato, ut exſpiratus aer per
ſiphonem egredi et per alium novus immitti poſſet, illud
hauſit; poſt hoc tempus pulmonum motus non adeo li-
ber perceptus eſt, quare experimenti tempus contra-
ctum idemque per 15. dies ſumma cum difficultate con-
tinuatum; inde fere prorſus reſpiratio et vox intercep-
ta cum omnibus phthiſeos incipientis ſignis, quare
animal cultro anatomico ſubiectum. Dextra pectoris
cavitas fero acri, quod prunis iniectum diſſipabatur re-
licta pellicula teneriore, multoque ſanguine congruma-
to, cruſtae inflammatoriae ſimili, plena; pleura pul-
monibus leviter accreta, rubra, tumida, quaſi inflam-
mata; pulmones rubri, fiſſuris exiguis pleni, indurati;
in vicinia bronchiorum vulnus exiguum ſuppurans,
marginibus duris et calloſis. In hac morbi ſpecie uti
omnia excitantia, ſic etiam REIDII methodus aliena.
p. 354. Alia experimenta cum *gas acido carbonico* in canibus
ad declarandum phthiſeos a debili conditione corpo-
ris ortum capta: apparatus ita conſtructus erat, ut
ſubinde quicquam aeris puri ingeri poſſet, quo ani-
malia diutius ſub campana ſubſiſterent; in iſtud *gas
carbonicum* per ſeſquimenſem duo canes quotidie ſae-
pius immittebantur; reſpiratione difficili reddita, voce
exſtin-

ſtincta, ore ſpuma repleto, toto corpore emacia-
, alter ſub ipſo experimento moriebatur, quampri-
um ſigna debilitatis edebat, occidebatur. Poſterioris
ulmones nonniſi multiplices adhaeſiones offerebant;
rioris ſiniſter pleurae adhaerebat, reliquum materia
ymphatica et ſeroſa ſcatebat cui particulae gelatino-
ae ſeu ſemimembranoſae innatabant; pulmones macu-
is nigreſcentibus obſiti, contracti; grumi ſangu nis
d orificia vaſorum pulmonalium. In hac ſpecie me-
thodus REIDII eumdem uſum ſpondet, quem alia
roborantia. Phthiſes ſympathicae ex viti s abdominis,
methodum hanc poſtulantes, imo emetocathartica,
niſi gaſtrica affectio diutius ſubſtiterit, vires multum
fractae ſint, aut diarrhoea metuenda. Phthiſis a me-
taſtaſi ſeu fluxione ex loco remoto ad pulmones de-
bilitatos, aeque emeticorum uſum poſcens, potiſſi-
mum ſi prima eius origo in ventriculo fuerit. Tu- p. 360.
berculorum origo a praegreſſa inflammatione: ne- p. 361.
que in his vomitoria ſuadenda, neque in phthiſi a
variis miaſmatibus, venereo, ſcrophuloſo cet. Phthi-
ſis a degeneratione humorum purulenta. Tabula ae p. 367.
tiologica diverſarum phthiſeos ſpecierum. Diſpoſi- p. 369.
tionem ad phthiſin haereditariam eſſe poſſe, non
morbum ipſum. An phthiſis feminis frequentior p. 371.
quam viris? eius cauſſa in ſyſtemate celluloſo, lym- p. 385.
phatico et abſorbente praedominante ratione reli-
quorum ſyſtematum nobis cognitorum. Cur patho-
logiae humoralis aſſeclae adeo imperfectas morbo p. 386.
rum deſcriptiones exhibeant. Vis potus frigidi ad p. 387.
producendam phthiſin. Pulmo emunctorium liqui-
di acris ſeroſi, incognita forſan frequentis phthiſeos
cauſſa. Mucum nigreſcentem ex bronchiis excre- p. 389.
tum perperam praecurſorem tuberculorum putari.
De vaſis lymphaticis pulmonum. Tubercula ſine p. 390.
diſcrimine omnes pulmonum partes occupare, ex te- p. 393.
ſtimonio MORGAGNII. Inſufficientia ſignorum prae-

p. 396. ſentiam puris declarantium. De reſolutione humorum a quibuſdam putredinis nomine inſignita, a debilitatione radicali cohaeſionis ſolidorum repetenda

p. 398. Novum argumentum, ſententiam Cl. REID de impoſſibilitate reſorptionis puris tamquam cauſſae phthiſeos confirmans, ex obſervatione Cl. MASCAGNI glandulas lymphaticas axillares vel inguinales inderatas et vaſa lymphatica brachii vel pedis tumida inventa eſſe in iis, qui conſumtione perierint: quum ergo ne lympha quidem haec obſtacula ſuperare queat, multo minus pus hoc efficere poſſe. De vera indole exhalationum ex diverſis corporis partibus

p. 400. materiam perſpirationis inſenſibilis convenire cum ea, quae ex pulmonibus egrediatur, quam Cll. LAVOISIER et DE MILLY cum *acido carbonico*, non autem *phoſphorico* convenire experimentis demonſtraverint.

p. 404. REIDII theoriam erroribus chemicis (doctrinae temporum priorum de phlogiſto) depravari, quorum tamen correctioni Cl. DUMAS non immoratur. Febris hecticae analogia cum febribus quibuſdam malignis a materia fluido perſpirabili ſimili inductis, quales

p. 406. WILLISIUS deſcripſit. Eundem auctorem iam ea cognoviſſe, quae hodierna chemia de reſpiratione animalium tradiderit. Cauteria ſimiliaque remedia externa perperam a Cl. REID reiici. De cruſta in-

p. 410. flammatoria copioſe ex aliis auctoribus. Hiſtoriae

p. 412. quatuor aegrorum, in quibus ipecacuanha efficacem ſe praeſtitit, iunctis iis auxiliis, quae Cl. DUMAS iam in diſcurſu praeliminari adduxerat; in duobus aliis autem ipſa ſpem fefellit, in aliis adeo nocuiſſe viſa eſt.

VIII.

Giornale per ſervire alla ſtoria ragionata della medicina di queſto ſecolo. Tom. VI. in Vezia 1789. pagg. 586. c. indice.

i. e.

Diarium inſerviens hiſtoriae ratiocinanti medicinae huius ſeculi. Tom. VI.

Inſunt hinc tomo:

I. ANT. GUALANDRIS, *protomed. Bellun. relatio de foetu novimeſtri extra uterum in cavitate abdominis, ex qua mortuus matre adhuc vivente extractus fuerit, creto. Ital.* Quatuor digitos transver P. 1.
verſos ſuper criſta ilei ſiniſtri, ibi ubi durities quaſi P. 4.
oſſea animadvertebatur, inciſione longitudinali pa- P. 5.
rumque obliqua quinque pollicum facta ſtatim in conſpectum prodiit vertex capitis, quo ſine ulla ſanguinis iactura et laceratione extractus fuit foetus foemineus, eundem ac in utero ſitum habens, iuſto quidem pallidior, non tamen (licet per trimeſtre, quo ultra ſolitum novimeſtre ſpatium in ventre permanſerat. iam mortuus fuerit) corruptus, ſed viſceribus ſaniſſimis, ſolo cerebro ingruentis putredinis odorem ſpargente excepto, praeditus. Placenta eius fuit flaccida et decolor, meſentericoque, exteriori et anteriori tubae Fallopianae parti et omento leviter tantum, arctiſſime vero ibi, ubi in ea funiculus ſe diſpergere incipiebat, ovario ſiniſtro adhaeſit, ex quo igitur ovulum foecundatum in abdomen deſcendiſſe P. 7.
probabile eſt. Quum etiam vaſculorum peritonaei, P. 9.
cum quo placenta cohaeſit, nullum dilatatum vel aliquo modo mutatum fuerit, valde probatur ſententia ſanguinis circulum inter uterum et placentam negantium, haneque ſtatuentium eſſe corpus ſpongio P. 10.

ſum multis lymphaticis humores ex qualicumque corporis parte reſorbere valentibus vaſis inſtructum. Quam ſententiam et comprobari ex eo, quod in gravidis oſſium fractorum callus vix unquam formetur. Placentam illam ideo valde fuiſſe extenſam, quod in ea abdominis parte vaſa lymphatica non tam numerosa occurrant. Foetum vero ſanguinem ſuum non accipere a matre, ſed vi ſua vitali ex lympha per placen-
p. 11. tam ad eum delata evolvere. Id probari experimento cum machina BEGUELINI per aliquot annos facto, quo perſpicue viderit cor arteriamque magnam pulli iam pulſare, humore in iis contento adhuc albido, paucisque horis poſt primum rubeſcente. (Quod experimentum ad ideas ſuas de cordis formatione et fluidorum animalium natura combinandas et illuſtrandas olim adhibere velle pollicetur.) Mater foetus fuit ruſtica trigeſimum ſextum aetatis annum circitet
p. 2. agens, temperamenti bilioſi, ſicciſſimi corporis ha-
p. 3. bitus, pauca minusque laudabilia veſcens, ideoque et quum totum per annum nil niſi pauxillum vini gene-
p. 4. roſi retinere potuiſſet, omnia remedia neglexiſſet, iamque cadaveri ſimillima et febre lenta conſumta ad GUALANDRISIUM eam D. BASSI et BERTUZZI, chirurgoque operationem inſtituente MARCHI praeſentibus
p. 6. examinantem, et roborantia fruſtra adhibentem acceſſiſſet, duodequadrageſimo poſt operationem die obiit, licet vomitus facta operatione ſopiti fuerint. Cavum abdominis vulnusque nigerrimo, denſiſſimo, et
p. 3. foetidiſſimo muco obductum fuit. Novimeſtri abſoluto perpeſſa erat veros ad partum dolores, clysma-
p. 11. te autem ſopitos. Problema eſſe, unde hi in talibus caſibus oriantur, et quamnam uterus ad foetus in ipſo non collocatos relationem habeat.

2. *Finis hiſtoriae ratiocinantis morborum, anno 1786. graſſantium, auct. D.* IAC. PANZANI. *Ital.*
p. 12. Sectionem arteriae temporalis in morbis natura ſua

phlo-

phlogiſticis, graviſſimaque nonnullarum febrium periodo ſumme proficuam et neceſſariam nocere in apoplexia, cuius, omniumque eam ſequentium malorum, v. c. paralyſeos, fatuitatis, ſola cauſa venarum plethora agnoſcenda ſit; in hac vero neceſſe eſſe, ut p. 14.
brachialium venarum ſectio paucarum horarum intervallo tamdiu repetatur, uſque dum iſta cauſa ſublata fuerit; quo facto, ſi vertigo, ſibilus aurium, dolor temporum, fatuitas locum habeant, verticem eſſe ſcarificandum; mutatae atmoſphaerae influxus in p. 15. p. 16.
corpus humanum nulla prophylactica cura avertendos eſſe, hanc vero, inprimis venaeſectionem eo fine inſtitutam, quae plethoram venarum, velut apoplexiae cauſam, augeat, poſt inſultus apoplecticos ſenſim ſenſimque frequentius inſtituenda ſit, ideoque p. 17.
tandem ipſa apoplexiam lethalem reddat, magis nocere; hirudinum ad anum applicationem plane inutilem, p. 18.
ſanguinemque quidem ad arterias ventrales laxantibus et enematibus emollientibus derivandum, omnia tamen draſtica vomitoria et ſtimulantia, uti ſternutatoria, falia volatilia, analeptica, aromatica, ſpirituoſa, ſuffi- p. 21.
migia, ipſaque epiſpaſtica evitanda eſſe, tantum prod- p. 19.
eſſe veſicatorium vertici, nec ulli alii parti applicatum, ſi plethora ſublata, evacuatisque primis viis voluntariae cerebri functiones adhuc impediantur.

3. *Delectus opuſc. med. antehac in German. di-* p. 22.
verſ. acad. edit. quae in audit. commod. colleg. et c. not. hinc inde auct. recud. curavit IO. PETR. FRANK. *Vol. I. Ticini* 1785. *Vol. II.* 1786. *Vol. III.* 1787. *Vol.* p. 49.
IV. 1787. 8. Haec quatuor volumina iam quon- 168.
dam *) breviter indicata nunc fuſius recenſentur. 199.
Nobis 289.

*) Giornale T. III. pag. 438. T. IV. pag 303. 400. T. V. pag. 96. Comment. noſtr. Vol. XXXII. pag. 632. XXXIII. p. 69 ſq.

p. 24. Nobis ex Ill. Editoris notis in Vol. I. enarrare lic
ſpaſmum inteſtini recti hypochondriacis ſolem
parare ſegnitiem alui talem, quae clysmatum ap
cationem impediat, chirurgumque ideo, hanc in
pochondriaco magna vi urgentem, recto vulnus
p. 27. thale inflixiſſe; non ſolam melancholiam, ſed pot
p. 30. triſtitiam autochiriae cauſam habendam, et in vic
p. 58. rum inflammatione non niſi locis affectis veſicato
applicanda eſſe. In orationum editoris Vol. II. a
nexarum prima ex hiſtoria medicinae iura et offic
p. 59. medici ut civis illuſtrantur; altera vero narratur, cu
a neglecta inflammatione haemorrhoidali, tum a
alio aegro ab adſtringentium iu dyſenteria abuſu in
flammationem recti pariente, in hoc inteſtino obs
tum eſſe abſceſſum, quem in utroque, uti in tertio
carcinoma recti, laeſiſſe ita veſicam urinariam, ut fa
ces una cum urina per urethram et anum excretae
p. 60. fuerint; ſimulque contenditur, vermes per urethram
excretos ex recto in veſicam ſemper derepiſſe. In
p. 168. praefatione Vol. III. contenditur, Italos falſo ſegni
tiei in literis accuſari, eosque in iis eo impediri, quod
exterorum ſcripta fero ad eos transferantur, quae
edere velint, ſuo ſumtu edere debeant, eruditique
p. 169. in Italia parvi aeſtimentur; docetur etiam vera et
p. 170. optima ratio morbos obſervandi et contemplandi,
p. 171. aptiusque cenſetur, ſi iuniores medici ſeniores, dum
aegros domiciliis ſuis detentos curent, comitentur,
quam ſi in noſocomiis, ubi multa occulta maneant,
p. 201. nimisque parce agi ſoleat, inſtruantur. Adduntur
duae obſervationes, altera de haematomate, ovum
anſerinum magnitudine aequante, in puella novena-
p. 202. ria a mento ultra pectus propendente, ex cyſtidibus
ſpongioſis ſanguinem, uti ex varice, fundente, feli-
citer ſanato; altera de quinquagenario hypochondria-
co frequenter vertigine, (quae puſtulis in plantis
pedum ruptis profligata,) vexato, cuius funiculum

ſper-

ermaticum teſticulumque dextrum tandem intumu-
ſſe, hunc hydatidibus puſtulis illis ſimillimis obte-
ſum, maceratumque fuiſſe; cura radicali Pottii,
quam aeger optavit, non apta habita, et exſtirpatio-
ne ab aegro denegata, deſtructas eſſe hydatides, fa-
ſtamque et quinque ſeptimanis elapſis peractam pal- p. 203.
liativam curam, tum demum vero hepatidem peri-
culoſam, hac curata phrenitidem periodicam, tunc
herpetes miliares in toto corpore, poſthaec exulce-
rationem ſcroti in cicatricis loco, tum otalgiam peri-
culoſam, tandem, minori tamen cum incommodo,
herpetem colli, manuum et pedum aegrum male ha-
buiſſe. In diſſertatione Vol. IV. Cl. Editor valde p. 289.
damnat morem in Italia, inprimis Lombardia, ſo- p. 290.
lemnem, gravidis, et ad incommoda a neglecta la-
ctatione oriunda avertenda ſtatim vel viginti et qua-
tuor poſt partum horis puerperis, his quidem in pe-
de, venam ſecandi, docetque, in illis inde enaſci
abortum, ſenectutem praematuram, cachexiam, va-
ria chronica mala, hydropen; graviditatem per ſe
venaeſectionem non exigere, morbos puerperarum p. 291.
nunquam inflammatoriae, ſed putridae eſſe indolis,
SWIETENIUM de natura febris lacteae, et HOFMAN-
NUM de malis puerperarum, in quibus ſanguinis p. 303.
miſſio neceſſaria, omnium optime iudicaſſe. In alio
opuſculo neceſſe eſſe demonſtratur, duobusque ex-
emplis probatur, ut Chirurgus medicis doctrinis im-
butus ſit, quum plurimi chirurgici morbi internis
auxiliis indigeant.

4. *Continuata recenſio Vol. III. actor. med. in* p. 40.
colleg. med. Lond. publicat. Lond. 1785. 8. *Angl.*

5. *D.* THOM. SKEETE *exper. et obſſ. de china* p. 60.
*convoluta et rubra, et de effectibus a reciprocat. chin.
vulg. et magneſ. productis, annex. obſſ. de mult. morb.
in quibus aut china ſola aut c. al. med. utiliter adhiberi
poteſt. Lond.* 1787. 8. *Angl.*

6. *D.*

p. 67. 6. *D.* RALPH. IRVING *exper. de china rubra convoluta, c. nonnull. obſſ. de eius hiſtoria, agendi modo et uſu, et al. argum. phaenomena et doctrina de ſtringent. vegetabil. attinent. Edinb.* 1787. 8. *Angl.*

p. 75. 7. KENTISHII, *med. Edinb. exper. et obſſ. de nova chinae ſpecie ad demonſtr. eius magn. efficac. in ſat. parva doſi, comparata vi chin. rubr. et convol. ut tentam. analyſeos general. brevisque hiſtoriae aeſtimab. gener. cinchon. ſ. cort. Peruviano. Lond.* 1787. 8. *Angl.*

p. 80. 8. *D.* BLANII, *ſoc. reg. ſcient. med. extraord. princip. Sedun. et med. claſſ. in ult. bello, obſſ. de morbis, quibus navigantes obnoxii ſunt. Lond.* 1786. 8. *Angl.*

p. 97. 268. 315. 9. BENI. BELLII *etc. ſyſtema chirurgiae Vol. II.* — *IV. Edinb.* 1786. 8.

p. 120. 400. 450. 10. 10. FR. BLUMENBACHII *prof. med. ord. ſoc. r. Gott. al. membr. inſtitutiones phyſiologicae acc. tabb. aen. Gott.* 1787. 8. *).

p. 137. 11. BACHERACHTII *ſpecimen de ſcorbuto in uſum chir. exercit. et claſſ. caeſar. Ruſſ. tranſlat. ex Germ. in Gallic. a* LUDOVICO DESBOUT *chir. colleg. archithalaſſ.* 1788.

p. 144. 12. *Deſcriptio apparatus machinarum ad extrahendos et parandos aëres in genere fixos dictos. Bonon.* 1788. *Ital.* Summa perſpicuitate FRANC. VIERO receptacula et vaſa, in quibus aëres colliguntur paranturque, machinas ad aëres ex vaſe in aliud transferendos, eosdem ex liquoribus vel igne, vel congelatione, nec non igne ex ſolidis extrahendos, ad aquam aëre fixo ſaturandam idoneos, et eudiometrum ad aërum ſalubritatem explorandam deſcripſit, ſcriptumque ſuum Abb. et prof. Patav. TOALDO dedicavit.

15. *D.*

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXX. p. 342 ſeqq.

15. *D.* IO. MAR. MAZZI *epiſtola ad D.* DOMIN. p. 145.
EUD. GELMETTI, *contin. nonnullas obſervationes de* p. 146.
facultatibus olei ricini. Ital. Mixturae ex pauxillo ſa-
lis polychreſti, aqua violarum, gummi arabico, oleo
amygdalarum, et ſyrupo roſarum vel florum perſici
hucuſque adhibitae nunc praefert oleum illud per
epicraſin laxandi virtute praeditum in varia colica, ab-
dominis inflatione, aluique obſonutione coniuncta,
et letalem ventris conſtrictionem comminante, nec
non inflammatione inteſtinorum, haemorrhoidibus, p. 147.
vomitu cruento, haemoptyſi, hypochondriacis et
hyſtericis malis. Exhibendum eſſe omni hora coch-
leare, uncia que duas plerumque ſufficere, in non- p. 146.
nullis tamen, uti in hypochondriaco tertiae, et quar- p. 149.
tana affecto quartae obſervationis, (in quo poſterio-
ri autem altero et die alvus liquida fuit) tres ad al-
vum commovendam fuiſſe neceſſarias, generoſiſſima p. 152.
tamen medicamenta, cauſa nobis ignota, uſum ſuum
interdum non praeſtare; anthelminthicam vim, quam
oleum organa reſpirationis vermium occludendo, eo-
rumque exitum accelerando exſerat, in unica nobili p. 150.
foemina, macella, debili, ſenſilique ipſi fuiſſe ex-
pertam, quae fruſtra et cum periculo Noufferiano
remedio uſa, tertio cochleari vix ſumto, taeniam cum
capitulo ſuo excrevit; et a febre ephemera ſiniſtri p. 151.
hypochondrii dolore reſpirationem laedente coniun-
cta, eam poſtea male habente, feliciter liberata fuit.
Priores duae obſervationes olei efficaciam in ſegnitie p. 148.
alui febrem intermittentem ſpuriam comitante, (in
qua tamen pulvis ſennae compoſitus ſimul adhibitus
eſt) et in fluxu ventris haemorrhoidali comprobant.
Oleum ricini forte ob maiorem gummireſinoſarum p. 151.
partium, principiique acidi ſalini quantitatem praeſtare
illis olivarum, et amygdalarum, quae Mediolani po-
pularia, niſi quatuor pluresque unciae uno hauſtu ſu-
mantur, alvum moveant, et modo adhibenda ſint, ſi p. 152.

emol-

emolliens, ſopiens, et anodynum indicetur, illo
amygdalarum vero in ſpaſmis aſperae arteriae pra-
p. 153. ſtantiſſimum eſſe. Optandum denique eſſe, ut ri-
nus in Europa magis colatur, nec ex America, i
cuius inſulis Gallicis optimum ſit, rancida ſemi
vel oleum ſaepe ideo, quod ex cortice ſimul exprima-
tur, non bonum, transferantur.

p. 154. 14. VINC. MALACARNII, *Chir. beneficiar. reg.
Sardin. diſſ. de lithiaſi valvularum cordis ad Ignat. Sa-
mis comit. Chiavr. med. reg. praefid. protomed. prof.
prim. med. membr. coll. ampl. med. phil. et art. in reg.
univerſ. et vicepraeſ. reg. acad. ſcient. Taurin. Ital.*

p. 158. Valvularum iſtarum oſſificationem iam bis obſervave-
rat, nunc tertia vice obſervavit in cadavere ſacerdo-
tis purpurati GHILINI, viri, (uti ſanatio fiſtulae ani
p. 160. per operationem facta et intra octodecim dierum ſpa-
tium peracta probat) optimis humoribus pollentis,
nullaque diaetae vitia committentis, paulo poſt il-
p. 163. lam operationem ardore urinae, alvi obſtructione
p. 160. ſpaſmis partium recto vicinarum oborta, ſaepeque
clysmatum applicationem eludente, ſabulorumque
per urethram excretione vexati, quindecim annis poſt
fiſtulae operationem ob calculum ovi gallinacei me-
diae magnitudinis formam referentem lateralem veſi-
p. 162. cae inciſionem feliciter perpeſſi, inde vero, ſabulo-
rum per urethram excretione licet continuata, ver-
tigini, hypochondriacis affectionibus, agrypniae,
animi deliquiis, aſthmati, viriumque debilitati fre-
p. 163. quenter et quidem per duodecim annos obnoxii, in
hiſce malis tamen frictionibus, corporisque per iti-
nera et vectionem in rheda agitationibus ſemper le-
vati, uſque dum ultimas ſuae vitae noctes plane in-
p. 164. ſomnis ageret, appetitum perderet, mortem ſuam
proximam fore praediceret, ſubitoque media nocte
anhelatus cubicularium ſuum accederet, et pulſus
tactum ab eo poſtularet, qui eum vix ante inquirens

et

regularem agnoſcens nunc eundem frequentiſſi-
um, intermittentem et parvum eſſe declarat; ſta-
mque varios in auxilium vocat, ipſe vero venam
rachialem, fruſtra tamen, ſecat. ex vena enim par-
iſſimus et denſiſſimus ſanguis exſtillavit, et cardina-
li non plane duabus horis poſt mediam noctem
erlapſis moriendum fuit. Cor fuit medii voluminis, p. 157.
et, inprimis in baſi, multa indurata pinguedine in-
volutum. Diameter aortae prope diaphragma non p. 158.
ultra octo lineas, e corde vix egreſſae aliquantum
plus quam pollicem, in corde ipſo valvularumque ſe-
milunarium vicinia transverſalis pollicem unum tres-
que lineas, verticalis pollicem lineamque unam ae-
quavit. Valvularum duarum ſurſum ſternum verſus
ſpectantium ſiniſtra octo, dextra decem linearum lon-
gitudinem habuit, eaeque coniunctim unam tertiae
poſteriori pollicemque longae parallelam, omnes
tres vero una formarunt planum inaequale diviſum
fiſſura transverſali decem lineas longa irregularibus
ſibique invicem reſpondentibus marginibus inſtructa,
ſummaque vi non ultra lineam dilatanda. Ventricu-
lum ſiniſtrum ſpectans valvularum facies minus inae-
qualis repraeſentavit infundibulum inverſum, cuius
diameter transverſalis pollicem lineamque unam, ver- p. 159.
ticalis ſeptem lineas aequavit. Praeterea per annu-
lum valvularem ad partem principii aortae eodem
cohaerentis deſcendit appendix calcarea pollicem lon-
ga, quaſi pyramidalis, apice deorſum verſus margi-
nem diverſis valvulae mitralis planis exciſum directa.
Parum igitur ſanguinis fiſſuram illam permeare po-
tuit. Pericardium etiam, ac peritonaeum ſero ſuo p. 157.
caruerunt, oſſificataeque coſtarum cartilagines ſerra
diſcindendae fuerunt. Reliqua viſcera ſana. Veſi- p. 156.
cae urinariae tunicae, inprimis ſecunda, cuius pla-
na carnoſa ſola verticali inciſione diſtinguenda, ſpiſ-
ſae et robuſtae; cicatrix inciſionis quondam factae

perfecta; in dextra vero colli veſicae parte parvul
paucas lineas alta, pedis Taurini pollicem lata et lo
ga eminentia, verſus bulbum urethrae prolonga
p. 157. quatuor lineas circiter a veru montano diſtans, ne
autem urinae effluxum impediens, trigonumque Ter
ranei, nullis tamen numeroſis vaſis transcurrentibus,
manifeſto attingens; ureteres ſolito maiores et rotun
diores, ornatique innumeris transverſis, ſibi invicem
intertextis, celluloſaque vaſculis plena tectis fibris;
renes ſolito maiores, at flaccidi, tredecim papillis,
quae ſeptem amplis et robuſtis membranoſis cali
bus involutae erant, pelvique capaciſſima et in lon
p. 156. gitudine ſua diſtincte fibroſa ornati. Ita vero MALA
CARNIUS cadaver ſecuit, hancque methodum opti
mam cenſet, ut duas fecerit transverſas ſectiones, ſu
periorem a medio claviculae ad oppoſitae medium,
inferiorem ſuper oſſium pubis ſymphyſin a maiori
convexitate trochanteris ad illam oppoſiti, unamque
longitudinalem, a medio claviculae dextrae ad maio
rem convexitatem trochanteris dextri, hisque factis
omnia integumenta ſimul a dextris ſiniſtra verſus re
p. 165. poſuerit. Quae de dignoſcendis, avertendis, curan
disque oſſificationibus diſſerit, lectu digniſſima ſunt.
p. 177. 15. IOS. PASTAE *novae diſquiſitiones chemicae*
de facultate opii in morbis venereis. Bergam. 1788. 8.
p. 179. *Ital.* Octo exempla utilitatis, quam opium in gonor
rhoea diuturna, vehementer inflammatoria, ulcere
p. 180. vaginae verrucis et condylomatibus ani coniuncto, ul
cere glandis et gulae, bubonem, verrucas ani, rha
p. 181. gades in palma manus, puſtulasque corporis comi
tes habente, oedemate pedum doloroſo, oſteocopis
artuum inferiorum, et chronica gonorrhoea cum ce
phalaea et tuſſi phthiſica coniuncta, praeſtitit, enar
rantur. Data ſunt quotidie duo ad quinque grana,
in externis malis decem in aquae libra una ſoluta, bal
neique loco adhibita, cura vero intra quadraginta

vel

vel quinquaginta dies, in unico complicato malo duobus menſibus elapſis, abſoluta. Tentandae opii facultati occaſionem dedit proſpera cephalaeae poſtſuem confirmatam unctionibus mercurialibus tractatam remanentis cura intra quinqaaginta dies peracta, hoc temporis intervallo aegro ſenſim datis octingentis opii granis. Quum tamen in multis aliis caſibus opium fruſtra adhibitum fuerit, Cl. Paſta arbitratur, medicamentis antea adhibitis multum tribuendum, opiique utilitatem in nimia mercurii efficacia, corporumque nimia ſenſilitate infringenda vel moderanda collocandam eſſe. p. 178. p. 181. p. 182.

16. *Epiſt. ad D.* DUNCAN *Edinb. ab amico Lond. ſcripta, in qua diſſeritur de uſu iniectionum ex ſpiritu vini in cura gonorrhoearum et de al. obſſ. med. inſerta comm. med. Edinb. anni* 1787. *Angl.*

17. *Nova acta acad. ſcient. et liter. eleg. Berol. ann.* 1785. *Berol.* 1787. 4. *c. figg.* p. 185. 227. 279.

18. *Programma ab acad. ſcient. Senenſ. in publico eius conſeſſu publicatum d.* 12. *Mart.* 1789. Proponuntur duae quaeſtiones, prima duplici praemio ſexaginta ſcudorum et tertia vice, an lapides quarzoſi et vulcanici exhalationibus mephitum naturalium iis in locis, in quibus ſulphureae ſubſtantiae abundant, expoſiti addita ſubſtantia aliqua ab exhalationibus ducta, vere in argillam mutentur, aut externus tantum eorum aſpectus mutetur, terreis partibus in eadem proportione permanentibus? Quo vero certo iudicari queat, an mutatione facta maior argillae quantitas adſit, et an alumen in ſuperficie efflorescens argillae naturali, vel ex parte etiam illi debeatur, quae cum terrae quarzoſae aut vulcanicae iactura denuo formata ſit, omnium primum eam argillae doſin, quae per ſe illis lapidibus inſit, iuſto definien- p. 191. p. 192.

finiendam esse. Altera praemio triginta scudorum an vasa sanguifera musculorum in horum contractione maiorem minoremve sanguinis copiam recipiant et quemnam influxum in actionem musculorum habeat?

p. 193. 19. *Epistola D.* 10. NARDI *ad D.* AGLIETTUM *contin. relationem de incommodis, quae iis contigerunt, qui carnem bovis morbo interfecti ederunt. Ital.* Ignota causa symptomata primum pro inflammatoriis habita esse, quum illa manifesta venenum alcalinum putridum et gangraenam universalem adesse apparuerit.

p. 192. Symptomata vero leviora fuisse in viginti iis, qui bovis quinquaginta ultimis vitae diebus viridissimas et liquidissimas foeces excernentis, senioque confecti, carnem lividam et flaccidam ederant, quam in iis viginti, qui deglutierant carnem bovis iunioris calidissimis diebus laboribus nimis adstricti, per biduum tantum inde peripneumonia aegrotantis, nec a morte liberandi, cuius intestina reperta sunt rubicunda maculata et livida, splen vero corpus humanum magnitudine aequavit. Illorum pauciſſimos, vel tantum duos iuvenes, carnem assatam edentes, febre permagna, plures colica, omnes diarrhoea per quatuor vel quinque dies affectos fuisse, neminem obüsse, iis sal essentiale absynthii, potusque acidos, uni tantum gravius aegrotanti spiritus acidos propinatos esse, eo lentius vero sanatos fuisse, quo iuniores fuerint.

p. 196. Carne bovis iunioris vescentium nonnullos nulla, plures leviori et sine crisi cessante, duos pueros peridica, quosdam continua febre laborasse, multos quasi attonitos de nullo dolore conquestos esse, in variis corporis partibus, v. c. brachiis, pectore, unum etiam in collo ita, ut a mento pectus usque omnia aequalia fuerint, foeminam in capite et lingua, puellam in umbilico ad pomi ordinarii magnitudinem, aëre quasi effuso, valde intumuisse, hosce tumores

p. 195.

p. 196.

in

nonnullis ruptos limpidiſſimum ſanioſum liquorem
ffudiſſe, et aromaticis, antiſepticisque tractatos ſa- p. 191.
tioni diu, et in quibusdam tamdiu reſtitiſſe, donec
mplaſtro ex allio cum aceto et urina cocto a ruſtico
ene commendato, (quomodo id egerit, dubium)
ntra tri- vel quatriduum plane ſanati fuerint. Mor-
uum tamen eſſe ſexagenarium cachecticum, in quo p. 196.
utis tumorem permagnum ſcapulae inveſtiens in
eorum pollicum ambitu plane excoriata fuerit, ali-
umque eiusdem aetatis, qui emphyſemate capitis col- p. 198.
li et pectoris iam affectus, diebus calidiſſimis per-
multa milliaria pedibus iter fecit, nullisque remediis
uſus eſt. Plurimos tamen ſine ullo auxilio conualuiſ-
ſe, foeminisque et pueris gravius aegrotaſſe ſenes et
robuſtos. Ita robuſtum, cuius vulnus per trimeſtre
ſanari non potuerit, ſemel tantum, nec integram
carnis libram ediſſe, quum eius uxor ter ſine ullo in-
commodo eam deglutiverit. Utriusque bovis car-
nem, imo iam corruptam et plerumque coctam a
multis, praeſertim pueris, ſine ulla noxa fuiſſe co- p. 199.
meſtam, iuſculum eius duos valde purgaſſe, iunioris
ventrem inprimis centrum mali, ſplenem, celerri-
me laeſum, carnem femorum cum cerebro pericu-
loſiſſimam, illam prope coſtas et umbilicum inno-
cuam fuiſſe, aegritudines vero nonnullos bidui, alios
triginta, aliosque viginti et quatuor horarum poſt p. 196.
paſtum intervallo affeciſſe.

20. *Articulus epiſtolae D.* MATTH. GUTHRIE p. 211.
Petroburg. ad D. DUNCAN. *Edinb. infert. comment.
philoſ. et med. huius aut. per ann.* 1787. *de effectibus
climatis frigidi add. epiſt. D.* GUIL. BROWN, *med. Ko-* p. 213.
lyvan. in Siber. ad D. GUTHRIE *Petroburg. de ſcorbu-
to Ruſſiam* 1785. *infeſtante.*

21. *Conſtitutiones epidemicae regnantes in agro* p. 221.
Caſulano ab ann. 1787. *ad* 1788. *deſcriptae a D.* MAUR.
SARTI, *Favent. apud Ginneſtr.* 1788. *Ital.* Multum

horrendas atmoſphaerae viciſſitudines ſummamq
inde ortam alimentorum penuriam generaſſe primu
p. 222. anginam inflammatoriam infantibus et foemitis,
quarum una tonſilla dextra mali punici ad inſtar in
muerit, moleſtam; tum Iunio, Iulio et Auguſto tu
ſim convulſivam permultis infantum letiferam, nul
febre, appetitu tamen laeſo, alvi obſtructione, la
guore macieque coniunctam, primum ſiccam, tu
humidam, ſaepeque vomitum comitem habente
in qua opiata noxia fuerint, lac et butyrum aliqua
tum, cortex Chinae praemiſſa venaeſectione blando
que purgante valde profuerit, emetica (tam utili
ex mente PANZANI) omiſſa ſint. Calore aeſtivo
aucto hanc tuſſim fuiſſe diſſipatam, eiusque loco in
p. 223. gruiſſe dyſenterias putridas malignas, praeter febrem
phthiſicam nullo ſingulari ſymptomate coniunctas,
multis letales, aliis cachexiam et hydropen compa
rantes, in quibus, Hippocrate licet aliter ſentiente,
vomitus primis diebus accedens ſalutaris, morbo au
cto contingens pernicioſus fuerit, lac ſemper nocue
rit, vinum fuſcum (*bruciato*) HUXHAMI optimum
effectum ediderit. Optat PANZANI, ut CL. SARTI
p. 225. ZIMMERMANNI, cuius de dyſenteria putrida libel
lus praeſtantiſſimus, addendaeque topographiae Ca
ſulanae non oblitus, et in aſſumtis theoriis conſtan
tior fuerit.

22. GUIL. BELCOMBE, *Angli, Diſſ. phyſiol. med.
animadverſſ. quasd. circa motum bilis ſiſtens* Gotting.
1787.

p. 241. 23. IO. BAPTIST. FALETI *Urbin. eiusque univ.
dition. protom. ad Com.* IGNAT. SOMISIUM *reg. Sar
din. archiatr. ac in reg. Taurin. univ. med. prof. de ab
dita morbi cauſa per anatomen indagata in muliere in
p. 243. foecunda. Latine.* Sanguineam vivacique ingenio
et procera corporis ſtatura praeditam foeminam flo
renti aetate viro nuptam quosdam per annos gravidi
tatis

bus varia ſymptomata percepiſſe, quae ſemel tam multiplicia fuerint, ut ipſa ſe gravidam iudicaverit, nonoque menſe elapſo obſtetricem accerſiverit. Tum vero abdomen ſine ulla, ne aëris quidem, evacuatione ſponte detumuiſſe, mulieremque praeter quaedam a nimia ſenſilitate oborta incommoda diu ſanam permanſiſſe, uſque dum tumefacti hypochondrii dextri ciborumque faſtidii in dies maioris ergo medicos in auxilium vocaverit, qui vero de hepate emolliendo, obſtructionibus reſerandis, ſaburra evacuanda cogitantes martialibus, aqua Tetutiana, cicuta, et catharticis (quae, licet per epicraſin data, obſtinatos foeminarum morbos ſemper peiores reddant) adhibitis aegritudines foeminae magis auxerint. Eas enim nunc, inprimis aetate, qua menſtrua ceſſant, inſtante ita auctas eſſe, ut magna durities in imo ventre magis in conſpectum prodierit, et aegra de ſenſilitate ventriculi et moleſto pondere in eius fundo verſus dextram uteri regionem ſe extendente conqueſta fuerit, nonniſi dextro lateri incumbere potuerit, doloremque pungentem in dextra coxa, inepte pro iſchiade nervoſa habitum et veſicantibus tractatum, perceperit, oedemate eiusdem tandem cum febricula accedente. Cl. FALETI nunc conſultum ex hiſce ſymptomatibus et commotum teſtimoniis variorum autorum, foeminis, quibus ovaria infarcta, idem in decubitu pondus moleſtum fuiſſe narrantium, ovarii dextri morbum adeſſe eo magis, quo diſtinctius tumorem tangere et cernere potuerit, ſuſpicatum fuiſſe, doloremque coxae a ſpaſmo ligamentorum uteri derivaſſe, morbum inſanabilem declaraſſe, et permiſſis tantum iuſculis et cerealibus levioribus palliative tantum aegram curaſſe. In cadavere paucis poſt obitum horis diſſecto apparuiſſe ventriculum extenuatum, verſusque pylorum valde craſſum et ita induratum, ut nullo modo dilatari potuerit, hepar

p. 244.

p. 245.

p. 251.

p. 247.

p. 248.

nec tumidum, nec durum, uterum parvum, gracilem, uti in puellis coarctatum; in eius fundo excrescentia carnosam scirrhosam; ovarium sinistrum contractum strigosum, exsuccum, dextrum vero durum, pondere quinque librarum, et steatomate in tunica quasi cystide ginea albam sebaceam materiam continente insigne; tubam dextram prope uterum impervium.

p. 249. Quae de ovariorum varia in diversis foeminarum aetatibus natura, eorum morbis horumque causis, signisque diagnosticis incertis indeque et sanatione difficilli, de iis, quae in hisce malis vitanda et agenda

p. 251. sint, exponuntur, lectu digna sunt, omnique iure

p. 252. praeprimis thoracum et angustorum calceorum, so-

p. 254. cordiaeque et otii damna, thermarum vero, musices,

p. 255. vitaeque rusticae commoda confirmantur.

p. 258. 24. IO. HUNTERI *tract. de morbo venereo Lond.* 1788. 4. *Edit. II. Angl.* *).

p. 307. 25. ANT. IELLOUSCHIG *Carniol. Hyperlabor. Phil. ac Med. D. Diss. med. de obesitate. Vienn.* 1778.

p. 337. 26. *M.* EDUARD. FORD. *chirurg. nosoc. general. Westminstr. obss. de curatione spontanea alicuius aneurysmatis. Ital.* Anevrysma popliteae in lecticario trimestri elapso sponte sanatum esse, pede tamen tenuiori

p. 338. facto. Alia duo occurrisse in viro triginta et sex annorum; alterum in anteriori et superiori femoris dextri parte tres circiter pollices sub ligamento Poupartii, ovi gallinacei Africani magnitudine; alterum soliti ovi gallinacei ambitum habens in genu sinistro; aegrum cum his sine incommodo ambulare, et negotia sua violentis motibus coniuncta tractare potuisse, a me-

p. 339. dicastro vero anevrysma femoris suppurationis promovendae causa emplastro maxime ex seminibus sinapi compositio obtegente, lautamque diaetam com-

men-

*) Vid. Comm. nostr. Vol. XXXII. p. 265 sqq.

pendante ita perverſe curatum eſſe, ut bimeſtri poſt
Auctore viſus omnibus funeſtis ſymptomatibus af-
ctus, tumor que femoris, a pube ad genu uſque exten-
s, eiusque ſuperficies inflammata fuerit; palliativa cu- p. 340.
adhibita vitam eius per ſex ſeptimanas fuiſſe protra-
tam, quibus elapſis gangraena ſine ulla tamen hae-
morrhagia eam exſtinxerit. Fuiſſe vero unum pollicem
cum dimidio ſub illaeſa arteria profunda femoralem
in tractu duorum pollicum dilatatam, eius tamen
diametro nec ſuper nec ſub iſta dilatatione ullo mo-
do mutato, inde que oedemate et frigore pedis non
inſigni. Circulaſſe igitur ſanguinem tantum per cen-
trum anevryſmatis; iſtud fuiſſe tres pollices profun-
dum, et forte ſponte ſanatum, ſi bene tractatum
fuiſſet, intus enim multam lympham coagulatam il-
lud obduxiſſe. Arteriam popliteam ſiniſtram ſub- p. 341.
ſtantia ſolida nucis magnitudinem habente fuiſſe ob-
turatam. In alio aegro eiusdem aetatis tumorem
medii mali aurantii Sinenſis magnitudine, ſubito in-
creſcentem (licet compreſſione prope pubem facta do- p. 342.
lorem femoris pariente ideoque omiſſa aeger in lecto
retentus et antiphlogiſtica methodo tractatus fuerit,)
quatuor menſium ſpatio perlapſo a Poupartii liga-
mento uſque ad genu inflexione ſemper permanens
ſeſe extendiſſe, accedente oedemate et frigore pedis,
pulſatione fortiſſima, inflammatione cutis rupturam
comminante; quae omnia duobus menſibus poſt ſen-
ſim imminuta fuiſſe, uſque dum ſeptimo menſe tu-
mor, ab aegro ſaepe menſus, manifeſto decreverit,
aegerque genu iterum extendere potuerit. Trime-
ſtri poſt ſenſim conceſſo victu animali et ſeſſione in
lecto baculo fultum per multa milliaria pedibus iter p. 343.
facere potuiſſe, iamque annis duobus elapſis ſaepe
iter decem milliarium pedibus ſine ullo incommodo
peragere, femore laeſo duos pollices cum dimidio
ampliori, quam illaeſum, et in loco anevryſmatis

tumore duro compreſſioni reſiſtente. Quibus e
perientiae documentis commotus Cl. Auctor tu
quillum affectae partis poſitum, ſtrenuam di
p. 344. tam et temporibus accommodatam ſanguinis miſſ
nem ac laxantia in anevryſmatum cura comme
dat, de eorum in trunco ſpontanea ſanctio
quum anatomia non confirmata, adhuc dubitat, m
terias dilatatas ſanguinis impulſui diu reſiſtere poſ
contendit, et ex ſuis exemplis, illis aliorum, impri
mis GUATTANI, quem prae ceteris in hac re laudat
concludit, vires naturae anevryſmatibus curandis ſuf
ficere; iis etiam curam feliciter peragi, ſi iis contra
agatur; facilius tamen, ſi commendata methodus ad
hibeatur, iis peractam curam permanentem eſſe; mat
ſam inorganicam inde ortam nil damni inferre; ſini
p. 345. ſtrum operationis anevryſmatis in poplitea effectum
pendere non a ſingulari quadam circumſtantia a cir
culatione in crure impedita oborta, ſed ab aliis cau
ſis; coalitum tandem arteriae a ſedimento lymphae
coagulatae perfici.

27. MARC. DE MARCHC *chirurg. Bellun. relatio de retentione ſpermatis orta a tumore ductus eiaculatorii ſpermatici. Ital.* Virum triginta et ſex annorum, melancholici temperamenti, qui iam vigeſimo tertio anno uxorem duxerit, quatuorque filiorum pater factus fuerit, a pubertatis annis affectum fuiſſe dolore et tumore teſticuli dextri pro corporis exercitio victuſque qualitate varia in - vel decreſcente, gravique cirſocele; tum anno trigeſimo quinto poſt defatigans iter inſolita dyſuria, poſt nonnullos quietis dies vero dolore mitiori facto et continuo urinam mittendi conatu. Paullo poſt autem morbo graviori facto acceſſiſſe febrem, dextrum teſticulum, epididymi-
p. 346. dem, plexum pampiniformem, una cum ſcroto valde intumuiſſe, rubuiſſe, vehementer doluiſſe, cum maximo urinam excernendi conatu: haecque ſymptomata

ſopita

pita quidem, non tamen penitus ſublata fuiſſe. Inomiſſum ſpecillum reſiſtentia grano hordeaceo ſimidifficulter ſuperata in veſicam illatum in huius pardextra poſteriori locum reperiſſe, quem attingenon potuerit, et qui digito in anum illato detectus fuerit tumor in anteriori recti parte parum cedens, doloroſus, in extremo inferiori anguſtus, eoque magis mole creſcens, quo magis dextra verſus ſe extulerit. Ex eo, quod urina granum illud hordeaceum tranſiens ſemper ſibilum fecerit, cuius gradibus doloris in orifico glandis gradus accommodati fuerint, ſtimulus venereus, continentia largeque, nutrientia teſticuli dextri tumori, urinamque reddendi difficultati increſcendi anſam dederint, coitus rariores dolore in perinaeo et tota penis longitudine ſemper coniuncti fuerint, moderati vero, et tenuia alimenta aegrum maiori urinae quantitati in veſica diu retinendae parem fecerint; omnique tempore cuncta haec ab aegro animadverſa fuerint, Cl. Auctor collegit, veſiculam ſeminalem dextram ideo fuiſſe ſemine obſtructam, quod permanens morboſus cretiſmus ductum eiaculatorium ſeminalem valde rigidum fecerit. Cuius rigiditatis tollendae gratia per integrum menſem calidis p. 347. ſemicupiis; decocto florum malvae et radicis altheae, victu tenui, et methodico coitu tam proſpero cum eventu uſum fuiſſe aegrum, ut dimidio menſe elapſo iam ab omnibus incommodis liberatus fuerit, eaque nunc biennio peracto nunquam redierint. Mentio denique fit rigiditatis ſenilis talia incommoda non parientis, variorumque triſtium retenti feminis exemplorum.

28. *D.* IOS. NESSI *Phil. et Med. P. P. Inſtitutiones Chirurgiae Vol. III. Ticin.* 1788. *Italic.* *). p. 348.

Liber

*) Vol. I. et II. recenſ. in Tom. IV. p. 224 ſqq. Comment. noſtr. Vol. XXXIII. p. 66. ſqq.

Liber VI. inſcriptus: *de excreſcentiis oſteomatoſis*
p. 349. in oſſium tela celluloſa ſive in reticulari, ſive in
ſubſtantia locum habeant, in ſpecie de exoſtoſibus
chiticis, ſcorbuticis, cancroſis, ſcrophuloſis, vene-
varioloſis, rhevmaticis, quarum perpetuae et freq-
p. 350. tiſſimae ſedes rite indicantur. Venereas merc-
reſiſtentes feliciter deletas eſſe opio, idque in
bitum, et cachexiae ab opii ſolius uſu frequenter
ortae impediendae gratia cum cortice Peruviano,
curam vero, quae ſolo opio poſt trimeſtre et diu
primum abſolvi ſoleat, accelerandam cum mercu-
dulci ita coniunctum, ut una cum decocto dem-
cente datae ſint mane et veſpera pilulae ex dimi-
grano opii, uno vel duobus mercurii dulcis, duob-
ſcrupulis extracti, vel loco huius drachma una pu-
veris corticis Peruviani, ita tamen, ut omni bid-
opii doſis ſenſim ad viginti uſque grana quotidie da-
aucta fuerit; prohibita animali, conceſſa ſola veg-
tabili diaeta. Rachitidem initia cepiſſe in pago An-
gliae poſt primum ſeculi elapſi decennium, eſſe qui-
to aetatis anno peracto rariſſimam, ſolis tonicis, fr-
ctione, corporisque motu curandam, ſolam non ca-
p. 351. ſam gibberoſitatis, cui variae aliae cauſae, inprim-
matrum nutricumve negligentia occaſionem ſuppe-
ditet. Rariſſimam eſſe ſcordoſin, frequentiſſimam
ſcoliaſin. Cyphaſin paralyticam ſemper paralyſi ar-
tuum inferiorum plus minusve completa coniunctam,
et ſetacea ſpinae incurvatae centro applicata exigen-
tem, a PERCIV. POTTIO primum fuiſſe deſcriptam.
Nunc de tophis, gummatibus, hyperoſtoſibus, pa-
darthrocace, teredine, quae vulgo ſpina ventoſa au-
dit. Hanc in parvis oſſibus univerſalem, in magnis
partialem eſſe, in ſuperficie inaequalem, dolore pun-
gente, lancinante, profundo, quandoque intermitten-
te, calore ſaepe vehementiori, nec tamen per pre-
p. 352. ſus externos increſcente, coniunctam, in pueris fre-
quen-

entiorem, in principio ſuo non dignoſcendam, doribus ſucceſſivis, frictionibus aromaticis et ro-ratotibus ſanandam. In demortui oſſis ſe-ratione cauſtica ſcalpello praeferri debere. De ſteoſarcoſi. Huius plerumque univerſalis cau-am remotam eſſe diatheſin chronicam fluidio-em humorum partem permutantem; proximam p. 353.
on acidum calcareas oſſium partes diſſolvens, ſed rincipium phoſphoricum animale. Id certo aci-um eſſe in oſſibus copioſiſſimum, ex fixo ſuo ſtatu ſe volvere, calcareas partes fundere, vimque ſe ſecun-um leges affinitatis aggregandi, unaque eam in mol-es corporis partes perdere. De anchyloſi. In qua a cauteria fruſtranea, paracentheſin articuli inſtitu-endam eſſe. De carie. Quam pro vero oſſium ulce-re habendam, ideo ad excreſcentias illas referendam, multum variare pro in- vel externis cauſis, et eſſe apparentem, occultam, ſuperficialem, profundam, ſiccam, humidam, carnoſam, fungoſam, benignam, malignam. Liber VII. agit *de retentionibus morboſis*, vel in viis urinariis, vel in veſica fellea, vel in recto. Intumeſcente veſica naſci colicam hepaticam plerum- p. 354.
que cum vitae periculo, inprimis, ſi in abdomen veſica ſeſe aperiat. Ea autem peritonaeo adhaeren-te, externeque protuberante ſpontaneam rupturam non expectandam, ſed tegumentis diviſis veſicam ab inferioribus ſuperiora verſus diſſecandam, vulnusque cum calculorum, tum iniectionum cauſa dilatandum, immo, ſi ductus cyſticus perfecte impervius, perpe-tuo apertum conſervandum eſſe. Foecibus in qua- p. 355.
dam coli parte induratis, inteſtinique ad peritonae-um adhaeſione manifeſta, et dolore ac rubore in ſitu morbi permanente gaſtrotomiam eſſe inſtituendam, quae circa recti extremum haereant, indice, digito medio, forcipibusve extrahenda, iſtudque in-teſti-

num

num corpuſculis peregrinis per anum illatis inci-
ne dilatandum. Liber VIII. *de impotentiis.* Q
pendere a locali vitio remoto nervorum vel vaſor
vel muſculorum ad organon pertinentium; ad e
vero non referendas eſſe inflammationes, ſpaſm
vulnera, fracturas, luxationes, in quibus ſenſi
doloroſa organorum actionem tollat. Earum cauſ
proximam eſſe interceptam communionem inter o
ganon impotens, nervoſumque influxum. Univ
ſalem eſſe apoplexiam, particularem paralyſin, cuius
ſpecies ſint paraplegia, hemiplegia, amauroſis, bla
pharoplegia, anoſmia, gloſſoplegia, cauloplegia,
e. laeſa penis erectio, cophoſis, enureſis, pareſis. In
p. 356. capite de blepharoplegia etiam diſſeritur de prolon-
gatione palpebrae ſuperioris vel ptoſi. In hac digito
p. 357. vel forcipe palpebrae exteriorem ſubſtantiam eſſe ap-
prehendendam, et circa eius medium unam partem ſe-
candam, partesque remedio uniente ſine ſutura reuni-
endas. In cophoſi paralytica machinas, ad ſonos uſque
ad certum gradum multiplicandos inventas, et in-
iectiones in tubam Euſtachianam factas nullius
uſus eſſe.

29. *Obſervationes de calore, phlogiſto et gas extractae ex recentibus phyſicorum operibus et relativae*
p. 358. *ad mutationes, quibus corpora animalia obnoxia ſunt. Ital.*
Repetuntur ea, quae in Tomo I. et II. aſſerta ſunt de di-
verſis effectibus ſtatus particularis combinationis, in
quo verſatur atmoſphaera, inprimisque gas oxygenum
in actu inſpirationis; de neceſſitate magis ad chemi-
p. 359. cam affinitatem, qnam ad gravitem vel elaſticitatem gas
oxygeni attendendi; de gas oxygeno et azoto in at-
moſphaera vere combinatis, hacque eudiometro exa-
minata in minimis partibus ſemper ſimili apparente,
p. 360. licet utrumque gas pondere vere differat; de influxu
atmo-

tmoſphaerae in reſpirationem, et ratione, qua ſanguis recipiat caloricum, ipſius temperaturam ea vicinorum corporum maiorem reddens. Docetur et- p. 362.
um, caloricum ex atmoſphaera per nervos deferri
d ſolida, his ſeſe contrahentibus attenuari magis fluida, caloricumque, cui tum magis affinia, ex iisdem at- p. 363.
rahere, id vero in fluidis, licet ipſis affine, eſſe condenſatum, tandemque in vicina agere corpora, et ita rarefactionem ſenſationemque caloris producere: quem, quum in calida atmoſphaera tranſitus caloric ex ſolidis in fluida, et ex his in vicina corpora multum celerior ſit, quam in frigida, in utraque atmoſphaera ſemper aequalem eſſe, corpore animali nimirum ſano: calorici multum cum aëre ex pulmonibus exſpirari, tumque gas oxygenum atmoſphae- p. 364.
rae carbone ſanguinis coniunctum in gas acido-carbonicum mutari. Adducitur LAVOISIERII ſententia de natura principii ex ſanguine ſecedentis, et cum oxygeno gas acido-carbonicum conſtituentis. Fuſius explicatur illa WEBSTERI de condenſatione, ut cauſa p. 365.
caloris in commentariis Edinburgenſibus anni 1787. expoſita, quacum ea PANZANI multum conveniat. p. 369.
Quam excipit theoria *Crawfordiana* a CARRADORI p. 385.
prof. Piſtoj. in libello Florentiae 1789. edito modificata. Iſtum vero obſervaſſe, in duobus corporibus indole diverſis ad eandem temperaturam reductis even- p. 387.
tum multum differre, ſi corpora eundem aggregationis ſtatum retineant, vel eundem mutent; ſi enim duo volumina aquae diverſae temperaturae ſe invicem immiſceant, temperaturam mixti fore eam minus calidi magis dimidium abundantiae magis calidi prae minus calido; ſin autem volumen minus calidum in glaciem redactum fuerit, hoc cum aqua calida mixtum etiam aquam fieri, dumque liqueſcat, mixti temperaturam fore multo minorem ea,

quae

quae oriunda ſit, ſi gradui caloris minus c
lidi accederet dimidium abundantiae magis ca
prae minus calido: pariter ſi in mixtione aliorum d
rum corporum, quae natura differant, et commi
temperaturam habeant maiorem minoremue il
quae naſceretur, ſi minus calidum dimidium abu
dantiae reciperet, vel magis calidum iſtud perde
unum eorum ex ſolido in fluidum vel ex fluido i
ſolidum mutaretur, temperaturam fore ſolito maiorem
vel minorem non tantum in priori, ſed in maiori pro-
portione. Haſce aliasque iam ab IRWINO, KIRWANO,
p. 388. MAGELLANO, ipſoque CRAWFORDIO in caloris ſen-
ſilis diſtributione obſervatas irregularitates optime ex-
plicandas eſſe, ſi caloricum in triplici conſideretur
ſtatu, fixo vel combinato, aggregato, et libero. In
primo et tertio iam conſideratum eſſe a BLACKIO et
WILKIO. In ſecundo, qui et ille ſimplicis adhae-
ſionis vocari poſſet, caloricum in mutandam tempe-
raturam nullum habere influxum, ſed omni vice, qua
duo corpora inaequalis temperaturae ſibi accedunt,
ad aequilibrium maiori celeritate reſtituendum con-
currere; vim caloricum aggregatum tenendi, cui no-
men capacitatis illud continendi competat, eſſe ita
phlogiſto inimicum, ut huius eo maior minorve
quantitas in corporibus reperiatur, quo minor, ma-
iorve iis ſit copia caloris aggregati; eandem vim in
p. 390. corporibus indole diverſis differre, eſſe tamen in iis,
licet aggregatum caloricum modo in maiori, modo
in minori quantitate iis inſit, ſemper invariabilem,
quod CARRADORI ex analogia aëris (cuius ſtatibus
tres illi calorici multum analogi ſint) probat. Ex
p. 391. eadem vero analogia PANZANI fuſe demonſtrat, di-
mam vim non vt ſingularem ab affinitate (quam tamen
theoria CARRADORI calorico non denegat,) diver-
ſam facultatem conſiderandam eſſe. CARRADORI

porro

porro docet, temperaturam calorico libero esse semper accommodatam, hoc vero prius, quam temperatura in- vel decrescere queat, ratione capacitati corporum illud aggregatum continendi adaequata distribui, vel secedere debere, calorem sensilem auctum aut imminutum igitur non pendere ab eo, quod eadem calorici quantitas in altero corpore ut duo, in altero ut octo appareat, sed ab hoc, quod in priori casu sex partes calorem aggregatum constituant, caloremque sensilem non producant, in altero vero iste producatur ab omnibus octo partibus liberis factis; anomalias, quae eveniant, si corpora modum aggregationis mutent, dependere a calorico combinato sese evolvente, vel libero sese combinante; experimenta denique ad caloricum absolutum aquae et τῶν gas detegendum facta solam aggregati, quod, non autem combinatum, in respiratione et combustione a gas oxygeno deponatur, quantitatem indicare. Quum autem secundum CRAWFORDII et CARRADORI sententiam in combustione et respiratione gas oxygenum calorico, illi formam gazosam tribuente, relicto attrahat phlogiston, et caloricum sese facilius uniat corporibus, si phlogisto careant, et ad haec probanda praeprimis existentia phlogisti in combustibilibus corporibus et sanguine, de qua multum adhuc dubitatur, confirmanda sit, KIRWANUS vero in tentamine suo *de phlogisto et constitutione acidorum* illud existere, et ab aliis principiis seiunctum obtineri posse affirmaverit, adiuncta est recensio libri huius a MORVEAU, LAVOISIERIO, DE LA PLACE, MONGIO, BERTHOLLETO et DE FOURCROY ex Anglico translati, notis emendati, Parisiisque 1788. editi. Ex qua apparet: KIRWANUM LAVOISIERIO concedere quidem, quod pondus corporum in combustione, eique analogis processibus auctum pendeat ab attracto oxygeno; negare tamen decomposi-

p. 389.

p. 390.

p. 393.

p. 394

tionem aquae, qua LAVOISIERIUS evolutionem hydrogeni in oxidatione metallorum, illiusque reloptionem in eorundem reductione explicavit; et aſſerere, corpora in illis proceſſibus vere perdere hydrogenum ſimplex, i. e. phlogiſton; ea, quae in atmoſphaera vel gas oxygeno combuſta aquam, ſeu gas acido-carbonicum, producant, hydrogenum ſeu
p. 398. phlogiſton in concreto ſtatu poſſidere; iſtud in oxidatione metallorum evolutum potius a metallis et ſulphure, quam a decompoſitione aquae provenire; tabulas affinitatis in theoria LAVOISIERII cum compoſitione et decompoſitione corporum non conveni-
p. 399 re; non oxygenum, ſed gas acido-carbonicum acidis aciditatem tribuere, hydrogenumque in acidorum formatione et decompoſitione nunquam evolvi vel abſorberi poſſe, niſi abundet, vel deficiat. Con-
p. 400. tra haec contendere adverſarios, tabulas affinitatis nondum accuratas eſſe poſſe, omnibusque a KIRWANO de exiſtentia phlogiſti aſſertis vere contrariari ſatis experimentis comprobatam decompoſitionem aquae in oxygenum et hydrogenum, formationemque gas acido-carbonici ex oxygeno et carbone, principio ab hydrogeno vere differente. Ad quae ulterius confirmanda et illuſtranda PANZANI addit epi-
p. 433. tomen *tractatus elementaris chemiae propoſiti cum ordine novo ſecundum recentiora detecta a* LAVOISIERIO *Pariſ.* 1789 *Vol. II.* 8. *c. figg.* In cuius prima parte defenditur nova nomenclatura, facta chemica ante
p. 435. Auctorem nota, et ab ipſo verificata ordinantur, non autem initium capitur a numero elementorum primitivorum, quippe nondum ſatis comprobatorum, ſententia de calorico elementa ſeiungente eiusque et oxygeni proprietatibus explicatur, agitur de calori-
p. 438. metro DE LA PLACE, quo quantitas calorici explo-
p. 442. rari queat eiusque cauto uſu; demonſtratur vera aquae decompoſitio et formatio acidorum, quorum radicalium

nunc

nunc loco viginti et ſex, nunc tantum ſeptem aſſu- p. 446.
muntur, azotum, carbo, ſulphur, phoſphorus, muriaticum, fluoricum, boracicum; oſtenditur, quomodo oxidum vegetabile ex tribus vegetabilium principiis hydrogeno, carbonico, oxygeno in plantis varie mutetur pro varia calorici accedentis quantitate, indeque explicanda ſit fermentatio vinoſa, putrida, p. 447.
et acetoſa, exponitur tandem ſalium neutrorum for- p. 448.
matio. In parte ſecunda examinantur poſſibiles p. 449.
principiorum non decomponendorum, v. c. acidorum, combinationes, quae ideo incompletae, quod calorici et lucis proportiones in corporibus adhuc lateant. In tertia parte inſtrumenta varia chemica, inter quae et gazometrum ac calorimetrum, deſcribuntur.

30. *Acta Academiae caeſ. reg. Ioſeph. medico-* p. 370.
chirurg. Vindob. Tom. I. Vindob. 1788. 4. *ex diario* 428.
Piſan. *). 472.

31. DURAND *D. medic. in univ. Monſpel. prof.* p. 413.
curſ. publ. obſtetr. ſtabilit. Cadurc. correſp. ſociet. reg. med. diſſ. de febribus intermittentibus malignis. Pariſ. apud Theoph. Barrois 1788. 8. *Angl.*

32. GUIL. TICKELLII *pharmac. Bathon. brevis* p. 463.
hiſtoria aetheris vitriolici, c. obſſ. de eius efficacia in podagra ventriculum afficiente, et tentam. ad inveſtig. genuin. method. Hoffm. praeparandi liqu. anod. miner. communic. in epiſt. ad IOS. BANKS, *baron. praeſ. reg. ſoc. Lond.* Aetheris, cuius natura, effectusque ſubitanei in malo hyſterico, cephalaea ſpaſtica, odontalgia, rhevma- p. 464.
tiſmo fixo demonſtrantur, inventio inter veteres VALERIO CORDO, huncque imitanti CONRADO GESNERO, et p. 463.
illo poſtea neglecto inter recentiores FROBENIO tribui
tur, MACQUERI de eius inventione et indole iudicium p. 464.

*) Vid. Comment. Vol. XXXII. p. 495 ſqq.

p. 465. affertur, duo podagricorum exempla enarrantur, quo-
rum res vere deſperata fuit, et in quibus, laudabilis-
p. 467. mis remediis antea fruſtra adhibitis, vſus quadragin-
ta guttarum aetheris cum pauxillo aquae menthae
piperitidis commixtarum ter quotidie repetitus in
p. 468. commoda ventriculi, immo in uno totam podagram
p. 470. ſex dierum ſpatio elapſo plane profligavit, refertur-
que D. LINDIUM eodem proſpero eventu aethere in
his malis uti. Vulgari liquorem Hofmanni ex ſpiri-
tu vini, aethere, aliqua parte acidi crudi ſulphurei,
pauxillo olei dulcis vitrioli parandi methodo MAC-
QUERI obſervationem quandam anſam forte praebu-
iſſe, purumque ſpiritum, in quo oleum vitrioli dul-
ce ſolvendum eſſe praecipit Ill. HOFMANNUS, rem
non ſatis perſpicue exponens, ſine dubio eſſe aethe-
rem, putatur, et huius viginti et novem uncias cum
una olei in vaſe vitreo recipienti bene unito leni ca-
lore eſſe deſtillandas; iſtoque modo liquorem prae-
parandum docetur.

p. 481. 33. ALEX. BICCHIERAI *hiſtoria poſtremi morbi ab Ill. Anglic. ſupr. cur. ſenat. princ.* COWPER *perpeſſi. Ital.* Nobilem hunc virum tumoribus haemor-
rhoidalibus doloroſis, affectibus flatulentis, oedema-
ti pedum frequenter, inprimis poſt diutiora itinera
et aeſtate, obnoxium, hyeme anni 1789. frigore
praeſigni Venetiis affectum eſſe tuſſe ferina ibi epi-
demica vehementibus flatulentis affectionibus, ma-
gna debilitate tandemque et agrypnia coniuncta;
hanc itinere in Tuſciam facto factam eſſe quidem to-
lerabiliorem, per duas vero poſt prandium horas du-
raſſe ſingultum ruminantium ad inſtar; una cum
pulſu inaequali; verno tempore purgantia, roboran-
p. 482. tia, aptamque diaetam levamen attuliſſe, aeſtate
vero omnia mala iterum increviſſe, aegrumque in
dorſo tantum ſine moleſtia incubare potuiſſe, eum
p. 483. moderatos motus aliquantum, magis adhuc Cremo-
rem

rem tartari, cuius dimidia uncia propinata, et magneſiam vitriolatam copioſe evacuando levaſſe, novem diebus vero poſt indicia hydropis apparuiſſe, tum conſultum eſſe prof. FRANC. TOZZETTUM, quem vitii arteriarum praeſentiam negaſſe, enunciaſ- P. 484.
ſe vero, varicem venae cavae, ſi unquam quidam adeſſet, de quo vero adhuc dubium, inter hepaticarum et iliacarum inſertiones eſſe ſuſpicandum in curaque nil fuiſſe peccatum; eodem annuente femoribus fuiſſe applicata veſicatoria, datamque cremoris tartari unciam unam, inde vero auctis doloribus tumorum haemorrhoidalium illius loco quinque ſquil- P. 485.
lae grana, quae tamen faecum magis quam urinae excretiones promoverint. Anglum D. BATESIUM nunc in conſilium vocatum iudicaſſe, nil in pectore effuſi, nec ullum ſyſtematis venoſi vitium in culpa eſſe, ſed potius atoniam ſyſtematis lymphatici, copioſasque faeces in inteſtinis, unaque cum poſtea conſulto profeſſore Piſano CATELLACCI ſquillae ſenſim in doſi adaugendae, cremoris tartari, pulveris corticis chinae, martis ſolubilis WILLISII aquaeque- P. 486.
vitriolicae ex monte Rio inſulae Elbae petitae uſum, motus, victum animalem ferinum non gelatinoſum, vegetabilemque parcum, nec aquoſum, ſed acrem commendaſſe. Omnia haec, (quibus poſtea ſolutio vinoſa ex aliquot drachmis extracti corticis Peruviani, granis octo martis ſolubilis, unaque et dimidio Kermes parata adiuncta, et ex quibus, ob motum P. 488.
cordis ſub arcu cartilagineo coſtarum ſiniſtrarum, circiter quartae, primum octo ante mortem ſeptimanis perceptum mox validiorem mineralia omiſſa fuerint) praeſertim veſicatoria novem iteratis vicibus p. 489.
repetita, levamen, non tamen immutabile, attuliſſe, febrem tandem cum gangraena femorum acceſſiſſe, cuius decimo quarto, Decembris vero vigeſimo ſecundo die aegrum obiiſſe. In cadavere altero p. 490.

die a GALLETTO et adiuvantibus LICCIOLO ac TUROLLA in praeſentia TOZZETTI, CATELLACCI et PERGOLINI, abſente vero BICCHIERAI ſecto, repertum eſſe pectus breve, antrorſum autem, magis tamen in inferiori, quam ſuperiori parte multum prominens, leviterque dextrorſum inclinatum, extrema ſuperiora attenuata, inferiora, inprimis ſiniſtrum, gangraenoſa, muſculos pectorales ſat carnoſos, abdominales diſtractos et pinguedine plenos, inteſtina diſtenta, tenuia
p. 491. inflammata gangraenoſa, ita et ventriculum, in cuius curvatura magna omentum, amplum et vaſculis plenum accumulatum, colon dextrum palmare ab ileo recta ſurſum ad arcum coſtarum ſpuriarum et convexitatem hepatis aſcendens, indeque diaphragma, ſuperiora, et hepar ſiniſtra et poſteriora verſus preſſum ita, ut concava parte vertebris adiaceret, convexa vero comprimeretur a colo transverſo non adeo amplo, pariterque, ac dextrum, gangraena affecto, colon ſiniſtrum non ſtatim ad pelvim deſcendens, ſed amplis flexibus in umbilicali et hypogaſtrica regione collocatum, totum colon ſolo aëre, nul-
p. 492. lis autem excrementis diſtentum, multam pinguedinem inter pericardium et pleuram, huic et diaphragmati pulmonem ſiniſtrum, dextrum tantum in infima parte diaphragmati adnatum, utrumque gangraenatum, cor a multum elevata diaphragmatis convexitate ſurſum et apice ſuo dextrorſum preſſum, flaccidum, atonum, triplo quidem, ac ſolet, maius, auriculis tamen, inprimis ſiniſtra, parvis, ventriculum eius ſiniſtrum dextro, cuius parietes attenuati, ma-
p. 493. iorem, craſſisque parietibus inſtructum, diaphragma gangraenoſum, et uti hepar, quod tamen non induratum, expanſum, ſplenem praeparvum, in renibus aliquot hydatides, et in ſpina aliquam verſus dextra inflexionem.

34. *Anatomicae disquisitiones de auditu et olfactu,* p. 494.
auct. ANT. SCARPA *in Ticin. archigymn. anat et chi*
rurg. clin. prof. fac. chir. p. insubr. Austr praes etc.
Ticin. 1789. *fol. c. XVI. tabl. aen.* *). In cancro, p. 495.
velut insectorum exemplo, sub radicibus antennarum conspici duas papillas osseas cum foramine in apice tensa membrana, ab auctore membrana fenestrae ovalis vestibuli nominata clauso, deesse vero cavitatem tympani. Istas papillas formare extremum duarum cavitatum oblongarum, quarum cuivis inesse canalem membranaceum oblongum ab utroque extremo clausum, ligamento ab interiori capitis orto continuum, aqua plenum, pulpamque nervosam a quarto pare natam continentem. In sepia et polypo, vermium exemplis, sub crasso in postico capitis sito ligamento positum esse canalem cartilagineum, externe non apertum. In hoc esse duas fossas ovales, harum quamlibet continere vesicam oblongam humore limpido repletam; huic inesse in sepia officulum conchae simile, in polypo lapidem cretaceum, eamque esse canali, in quo p. 496.
haereat, et qui pro vestibulo habendus sit, minus amplam, eidem vero ita iunctam ut in eiusdem aqua natare queat. In raia, ex piscibus cartilaginosis (in quorum auditus organi historia Noster a MONROO discedit) selecta, eo in loco, in quo duo foraminula, canales contorti, conchae et meatus auditorii interni MONROI collocati sunt, inter caput et collum sublato ligamento spinoso tenui quidem, valde tamen adhaerente, conspexit Noster sinuositatem cum duabus membranulis ex parte ovalibus, tensis, robustis, pellucidis, ostium duorum vestibulorum (scilicet illorum cavorum, in quae meatus auditorii interni MONROI patent) et canalium semicircularium oc-

*) Iam annunc. in Comment. Vol. p.

cludentibus. Quum MONRO eiusmodi membranularum ligamentique illius nullam fecerit mentionem, probabile eſt, eum ſupponendo, quod aër oſcillans per conchas ad veſtibula tranſeat, ſeſe fefelliſſe, et forte cava illa a ligamenti ſubſtantia (quae tamen ſeptum eorum magis conſtituat) formata reperiſſe. In veſtibulo porro vidit tres ſacculos una feneſtram ovalem reſpicientes; et in humore limpido multum ma-
p. 497. teriae cretaceae continentes; obſervavit etiam canales membranoſos cartilagineis contentos in veſtibulo ſecum invicem communicare; filamenta mollis acuſtici nervi a quinto pare, a ſeptimo vero illa duri oriri, et hunc mittere ramum nonnullis filamentis ſecundi paris iunctum in ampullam canalis ſemicircularis poſterioris, ſacculumque minorem. Pellucidas nervorum extremitates canalibus membranoſis in alcohol acido nitrico commixtum immerſis opacas reddidit, et ampullam canalium penetrantes, ſeptumque, ex omni parte continuationem canalis reſpiciens, formantes, in eoque finitos animadvertit. In piſcibus ſquamoſis animadvertit, loco feneſtrae veſtibuli adeſſe cavum ſub integumentis communibus poſitum, a cavo cranii tenui membrana vaſculoſa tenſa mediante ſeparatum, veſtibulo ineſſe ſolum ſaccum duos lapillos, vel potius oſſicula fluido mucoſo immerſa continentem, cum iſto nullam habere communionem
p. 498. ſemicirculares canales cartilagineos et membranoſos, uti in cartilaginoſis piſcibus comparatos, durum acuſticum nervum enaſci ab ultimo vertebrali, mollem a quinto pari, utrumque ramos mittere ad canalem ſemicircularem poſteriorem; in nonnullis alium ſaculum cum tertio oſſiculo reperiri; liquorem in appendicem canalis ſemicircularis poſterioris, (quae ex mente CAMPERI et VICQ D'AZIR ad ſacculos potius quam canales pertineat, et in lucio piſce obſervetur,) quam canales ſemicirculares tranſiiſſe. Inter reptilia

lia organo magis complicato ornata ſalamandram illud piſcium cum eo reptilium coniunctum habere. In veſtibulo, cuius feneſtra operculo cartilagineo clauſa ſit, ſaccum eſſe materia cretacea plenum, huic adiacere alterum, velut alveum communem canalium membranoſorum, qui et cartilaginei uti in piſcibus ſeſe habeant in hac, ſic et in ſerpentibus etiam veſtibulo praeditis, loco operculi vero illius cartilaginei oſſiculum, extus appendice cartilaginoſo inſtructum, intus baſi fungiformi feneſtram ovalem ſtapedis ad inſtar occludens habentibus. In Caecilia praeterea animadverti externe prope feneſtram ovalem membranam et cavitatem tympani et in hac tubam Euſtachianam evidenter in fauces patentem. Magis adhuc complicatum eſſe organon in lacertis, bufonibus, ranis, teſtudine. In hac ſuper articulum maxillae inferioris obſervari infundibulum, in huius apice vel oſtio externo membranam tympani, quaſi cartilaginoſam, tectam et cohaerentem, externe molli celluloſa teſtae capitis, interne perioſtio; ex eius interna peripheria naſci varia filamenta magnum funiculum cartilaginoſum in os, quod in feneſtram ovatam canali oſſeo celluloſo pleno terminetur, continuatum formantia; tubam Euſtachii ut in Caecilia, veſtibulum et canales ut in piſcibus, conſtructos eſſe. In avibus canalium ſemicircularium oſſeorum aperturam in veſtibulum alteram altera ideo minus amplam eſſe, quod ibi, ubi minus ampla ſit, membranoſorum canalium ampulla poſita ſit, adeoque dimidia huius pars una cum ſacco communi eo in loco veſtibuli haereat, in quo canales membranoſi ſemper aquae veſtibulum et oſſeos canales replenti innatantes, ſecum invicem communicent; loco ſacculorum materia cretacea vel officulis plenorum animalibus minus perfectis propiorum in avibus iam conſpici cochleae ſpeciem compoſitam ex duobus faſciculis cartilagineis P. 499.

ſolidis, altero ſuperiori, altero inferiori; hoſce; ſol-
p. 500. co ad duas ſcalas diſtinguendas et ampliores redden-
das inter ſe relicto, in tubo oſſeo recurvato ſe ita vol-
vere, ut mutuo congreſſu et receſſu cavitatem con-
ſtituant cartilaginoſam et humore plenam; in hac
fitum eſſe nervum a dura ſeptimi paris parte natum,
et faſciculum ſuperiorem penetrantem; iſtos faſcicu-
los eorumque cavum non totum oſſeum ſpacium oc-
cupare, aquamque veſtibuli penetrare canalem oſſe-
um, libereque ex apertura cochleae in veſtibulum ad
illam in tympanum, vel feneſtram rotundam ſu
membrana clauſam currere. In perfectioribus am-
malibus, inprimis homine, notatu digna eſſe ſequen-
tia: in extremo maiori veſtibuli quodammodo ovalis
reperiri foſſam poſteriorem inferiorem et hemiſphae-
ricam, alteramque exteriorem ſuperiorem et ſemi-
ellipticam diſtinctas ſpina pyramidis oſſeae margine
dentato praeditae ad inſtar e fundo veſtibuli ſurgen-
te; priori ineſſe portionem ſacci veſtibulo propri,
poſteriori partem ſacci conſtituentis alveum commu-
nem canalium ſemicircularium membranoſorum; ho-
rum ampullas partim in ampliori canalium oſſeorum
apertura in veſtibulum, partim in veſtibulo una cum
ſacco canalium communi latere, ideoque illarum aper-
turarum unam altera ampliorem eſſe; ſaccum veſtibuli
et canales membranoſos veſtibulo oſſeisque canalibus
in homine minus amplos parte in illis foſſis collocata
tantum adhaerere, et in aqua veſtibuli et canalium oſſe-
p. 501. orum natare. Ab hac iis a ſtapede appulſa agitari poſſe,
eamque, utraque ſcalae in apice modioli communionem
habente, per illam veſtibuli libere intrare poſſe cochle-
am ad feneſtram uſque rotundam; filamenta nervorum
acuſticorum ſaccum veſtibuli et ampullas canalium
membranoſorum penetrantium, ibi ſeptum formen-
tium, per modioli baſin cochleam ingredientia, ſequi
nonnullos canaliculos minimos incavatos in modiolo,

et

et in ſubſtantiam laminae oſſeae ſpiralis cochleae continuatos, et ita duas ſcalas penetrare, harum ſeptum terminantem laminam membranoſam perforando; hanc ob rationem illa filamenta eo breviora eſſe, quo baſi cochleae propiora ſint, craſſiſſimum vero et longiſſimum currere per centrum modioli, et perforare ſeptum cochleae in apicis cavitatem, ubi ſcalae ſecum communicent, prolongatum. Ex hac anatomia organi auditus comparata Noſter concludit, nervos acuſticos immediate commoveri a preſſione, quam aqua corpuſcula vel facculos nervos complectentes patiatur, ſive illa oriatur ab oſcillationibus, ad quas ſuſcipiendas oſſa cranii apta ſint, ſive a preſſu cuiusdam oſſis in ſpecie, vel oſcillatione tenſarum membranarum immediate tremore aëris concuſſarum; quum ſaccus veſtibuli, canales membranoſi, et in homine etiam lamina cochleae ſpirales inter duos rivulos poſita libere natet; has oſcillationes indeque ortas mutationes facillime produci poſſe, adeoque aquam contra oſſeos canales impulſam percutere debere membranoſos ita, ut preſſio ex omni puncto p. 502. verſus ampullas earumque ſeptum nervoſum directa ſit. Et ita vere patere uſum aquae ab aliis inter canales tantum obſervatae. In piſcibus inopiam commodorum a reſpiratione in olfactum redundantium reparaſſe naturam permultis ſeptis membranoſis varie in narium cavo diſpoſitis, et locum oſſium turbinatorum tenentibus. Experimentis denique in ipſis vivis avibus factis ad certitudinem uſque patuiſſe, quaenam avium claſſes et cur illae prae reliquis acu- p. 503. tiori olfactu polleant.

35. *Analyſis chemica aquae ſulphureae Angiae, inſerviens hiſtoriae aquarum ſulphurearum in genere, auct.* D. FOURCROY *et* DELAPORTE *Pariſ.* 1788. 8. *Gallic.*

36. ALEX.

p. 508. 36 ALEX. BICCHIERAI *Florent. tr. de bal-*
neis montis Catini, Flor. 1788. 4. *c. tabb. aen. li-*
B. magni ducis Petri Leopoldi iussu istae aquae mine-
rales haud procul a Pistoia reperiundae, iamque in
p. 514. tio seculi XIV. solemnes, postea neglectae, 177-
vero renovatae, disquisitae et descriptae sunt. Ir-
p. 509. gulari milliaris quadrati spatio contineri quatuor fon-
tes, rotundum et refrigerantem vel mediceum, sub
umbraculo positum, thermas Leopoldinas quondam
a scabie denominatas, et regium quondam equinum
p. 510. vocatum. In priori maxime pellucido mitissime sallo
aliquantum acido cantharidem rotundam IOHNSTONI,
in altero minus pellucente, sulphati calcis albissimas
concretiones offerente, et saporem amarum muriati
sodae largiente anguillas et carpiones, in quarto me-
diae inter illos pelluciditatis, acriter salsi, et crocei
saporis, leviterque, licet diu in vasis asservatus, ut
crocus olente squillam vivacissimam fluviatilibus mi-
p. 511. norem habitare; crustam tartaream flavam, quae in
primo et altero non existat, in quarto lucem refle-
ctat, in tertio (minime pellucido et paludoso fundo
multam spumam proiiciente sulphatum potassae, tum
acidum muriaticum odore, sal amariusculum sapore
prodente) flavissima sit, pendere ab oxido ferri fla-
p. 509. vo; in istis aquis praeter terram calcaream depre-
hendi varia mixtione aluminosam, ferrum, magne-
siam, salque vegetabile illi in vicinia moris valde ana-
p. 512. logum, muriatum potassae tamen prae reliquis neu-
p. 511. tris salibus abundare; fluidi elastici maximam quanti-
tatem inesse parum ebullienti regio, minimam ma-
gis ebullienti fonti sub umbraculo, mediam mediceo et
thermis Leopoldinis maxime ebulli-ntibus; esse istud
ita ex aëre atmosphaerae et gas acido-carbonico com-
positum, ut in mediceo et illo sub umbraculo poste-
rioris tertiam, in regio septimam, in thermis Leo-
p. 513. poldinis tres octavas partes contineat. Pondus spe-
cificum

cificum in Leopoldinis thermis maximum decrescere in regio, magis in fonte sub umbraculo, minimum esse in mediceo, caloremque thermarum 95, mediceï $72\frac{2}{3}$. regii 64. et eius sub umbraculo 61 gradus Fahrenheitii aequare. Partium constituentium diversae in centum diversarum harum aquarum libris repertae quantitates ex tabula adiecta apparebunt. Continueri vero p. 513.

muriati sodae grana 11676. 6. in thermis, 9170. 6. in regio, 4773. 9. in eo sub umbraculo, 2034. 3. in mediceo.

carbonati calcis — 1012. 5. in thermis, 299. 3. in regio, 246. 5. in illo sub umbraculo, 158. 5. in mediceo.

sulphati calcis — 1013. 2. in regio, 931. 1. in thermis, 738. 9. in eo sub umbraculo, 158. 9 in mediceo.

muriati magnesiae — 753. 2. in thermis, 311. 3. in regio, 18. 6. in eo sub umbraculo et mediceo.

muriati calcis — 376. 9. in regio, 367. 2. in thermis, 114. 1. in mediceo, 95. 2. in illo sub umbraculo.

terrae aluminosae in fonte sub umbraculo deficientis grana 79. 2. in regio, 18. 4. in thermis, 12. 1. in mediceo.

carbonati magnesiae in thermis et fonte sub umbraculo non reperti grana 70. 3. in regio, 5. 6. in mediceo,

praeterea inesse solis thermis *muriati ferri* 18. 4. soli p. 514.
regio *sulphati sodae* 507. 0 *sulphati magnesiae* 466.
7. et *carbonati ferri* 4. 8 grana. Esse vero aquarum
analysin variis anni aetatibus sub variisque circum- p. 515.
stantiis

ſtantiis inſtituendam. D. CAIET. LIVI anno 1772. obſervationes edentem eas Albanenſibus ſuperiores indicaſſe, et D. IOS. PETRI, D. MACID. DEI et chirurg. ANT. DANI per ſeptem annos, quibus tria millia in ſine incommodo utebantur, in 594. harum aquarum utilitatem animadvertiſſe. Adhiberi autem ob multa ſalia baſi terreſtri praedita externe tantum thermas et regium fontem, interne vero mediceum et eum ſub umbraculo, in viſcerum morbis praeſtantiſſimos, utiles eſſe in rhevmatiſmis, thermas et medicum fontem,
p. 516. in impotentia motus et paralyſi ob calorem non adeo magnum easdem et regium, in morbis cutaneis hunc et mediceum; omnes regio excepto egregie alvum purgare, muriatum ſodae aquarum ingreſſum in cutem adiuvare, gasque acido-carbonicum calcu-
p. 517. los bilis et urinae egregie ſolvere, ac in viarum urinariarum vulneribus multum praeſtare.

37. *Tentamen de theoria et praxi morborum venereorum auct.* NISBETO, *membr. coll. reg. chir. Edinb. op. dedic. D.* CULLENO *et transl. ex Angl. in Gallic. a D.* PETIT. RADEL. 8. *Pariſ.* 1788.

p. 529. 38. VINC. MALACAME *r. pr. inſt. chir. et art. obſtetr. in r. univ. Patav. ſoc. acad. phil. ital. Veron. med. cer. Vienn. ſc. et ſtud. util. font. ſan. et reg. ſoc. agrar. Taurin. tentam. de ſcrophulis et ſtupiditate in nonnullis pròvinciis eas comitante. Turin.* 1789. 8. *Italic.* Miniſtri ſtatus a BONNETO et SAUSSURIO incitati iuſſu hoc ſcriptum ad chirurgos vallis Aoſtae inſtruendos editum eſt. *Cretinorum* (quo nomine aegros et illo *Cretiniſmi* morbum PANZANI inſigniri cupit,) car-
p. 531. nem cum lurida cute flaccidam propendere, linguam prominentesque palpebras et labia craſſa eſſe; eosque ob faciei cutisque colorem olivarium, in nonnullis obſcure flavum, Marons vel caſtaneos vocari; in iis glandulas colli conſtantiſſime quaſi inundatas eſſe, et, licet non omnes mente capti ſint, rariſſime tamen

men in valle Aoſtae mente captum ſine ſcrophula deprehendi, multos eorum infantum ad inſtar ab aliis nutriri, et vel non diſtincte, vel quaedam tantum p. 532.
vocabula loqui, uti ſimiae et canes alios imitari, ſalaciſſimosque eſſe; decimo anno ſuperato nullum iſtius morbi periculum timeſcendum eſſe; in altioribus locis, planisque ubique patentibus, velut in Lugnaſio Liamaſigi, aliisque, quae ob ſcrophularum frequentiam quaſi in proverbio ſint, multos etiam Cretinos reperiri; pro locorum varietate in Pedemontiae pro- p. 533.
vinciis varios etiam morbi gradus animadverti; in morbo diiud cando ad eſſentialia capitis et colli organa attendendum eſſe; in tribus mente captis (quo- p. 534.
rum capita in pathologico academiae Patavienſis muſeo aſſervatur) obſervatum eſſe cranium in vertice minus acutum, a lateribus minus planum, foramina Valſalvae ſolito ampliora, lacera vero ita anguſtata, ut nervi vix ea tranſire potuerint, ſinus laterales durae matris multo ampliores, tentorium cerebelli valde ſpiſſum, cavum pro cerebello multo anguſtius, illud apophyſeos baſilaris tantum velut ſemicanalem, foramen magnum occipitale non vertical ter, ſed horizontaliter patens, medullam oblongatam in curſu p. 535.
verſus anteriora arcum facere coactam, maſſam cerebri, cuius lobulorum et laminarum numerus non idem ac in ſanis, quaſi compreſſam et minorem; ab incurvatione medullae oblongatae multum damni in eius et ſpinalis medullae nervos redundare; pendere aglandularum tumore forte ſanguinis inverſum curſum per foramina Valſalvae, inde vero lacerorum coar- ctationem; a maiori ad ſinus laterales pulſi ſanguinis p. 536.
quantitate tentorii, vicinaeque menyngis craſſitiem et inde cerebelli cerebrique conſtrictionem, a tumore forte vitioque locali organorum partis ſuperioris intimae colli baſilaris proceſſus magnique occipitalis foraminis mutationem. Quod, ſi foraminum Valſalvae.

ſalvae amplitudo, et vitia colli venarum iugularium compreſſioni anſam praebentia certo confirmata ſic comprimendo, incidendo, cauteria actualia adhibendo, humores a baſi cranii in infantibus a mente cap-
p. 537. tis natis derivando, et compreſſiones diſſipando praeſtari queat, ſedulo tentandum, a Cretinis haeredita-
p. 538. riis coelibatum fugiendum, media a SAUSSURIO iam commendata exequenda, infantes prudentiorum hominum, quam ſolet, cuſtodiae tradendos eſſe. Quomodo chirurgi omnia accurate conſignare, et referre debeant, et ut Cretinorum capita, ea cum illius mente captorum comparandi gratia, ad Auctorem mittantur, denique praecipitur.

p. 539 39. *Obſſ. D.* PETR. ANT. BONDIOLI *de numero vaginalium teſticulorum. Ital.* Ex inverſione cylindri ſeu baſeos teſticulum in abdomine ſuſtinentis exiſtentia vaginalis communis iam in alio libro *de vaginalibus teſticuli et epocha nonnullarum detectionum anatomicarum* inſcripto demonſtrata eſt, quam quum CALLOUDUS refellere et GIRARDI theoriam defendere anniſus fuerit, eam, ſimulque CALDANI doctrinam denuo hiſce obſervationibus confirmat Cl. Auctor.
p. 540. Et vere involucro illo teſticulum una cum vaſis comprehendente deorſum ampliori et denſiori ab aliis celluloſis externam eius faciem occupantibus ſeparato, macerato inflatoque in adultis et fetibus apparuit, veram tunicam teſticulum et vaſa ſimul involvere.
p. 542. Eiusmodi experimentis etiam innotuit, cum teſticulum et epididymidem, tum funiculum ſpermaticum propria ſua tunica contineri illamque teſticuli et epi-
p. 544. didymidis modo in ambitu horum organorum veae tunicae qualitates habere, non autem communis vaginalis laminam internam habendam eſſe. Quae de primitiva propriae et communis vaginalis origine coniicere queat Cl. Auctor, iam non addidit.

40. GEO.

40. GEO. SANTI *p. p. chem. et hiſt. nat. in univ.* p. 555.
Piſ. analyſis chemica aquarum balneorum Piſanorum et aquae acidulae Aſcianae Piſ. 1789. *Ital.* Quatuordecim capitibus, balneorum ſitu et locis adiacentibus, ſubſtantiis mineralibus et vegetabilibus in his regionibus frequentioribus, indicatis, oſtenditur, ea limpidiſſima eſſe, odore et colore deſtitui, ſaporem leniſſimum ſalinum habere; fontem, *pozzetto* dictum, pariter ac balneum calidum reginae 33 Reaum. gradus caloris habere, et contineri in centum libris p. 556.

	fontis, *pozzetto* vocati,	balnei calidi reginae	
grana	*ſulphati ſodae* 203	186	
	muriati ſodae 265	260	
	ſulphati calcis 969	905	
	ſulphati magneſiae 325	278	p. 558.
	muriati magneſiae 119	179	
	carbonati calcis 281	204	
	aluminis 46	34	
	ſilicis 12	10; in centum vero ſedimenti tartarei granis	
	calcis 80	86	
	magneſiae 15	11	
	ſilicis 5	3; praeterea adhuc in fontis pozzetto centum libris *acidi carbonici* grana 187.	

Aquam acidulam Aſcianam lympidiſſimam, decolorem, odore ſpirituoſo, ſapore acetoſae primum grato et acri, tum leviſſime ſalino gaudere, aeſtate frigidam, hieme ita tepidam eſſe, ut thermometrum quindecim gradus ſuper zerum attollat, ſedimentum tartareum habere illi Piſanorum balneorum ſimile, et *acidi carbonici* 374, *ſulphati ſodae* 312, *muriati ſodae* 338, *ſulphati calcis* 654, *ſulphati magneſiae* 275, *muriati magneſiae* 177, *carbonati calcis* 294, *carbonati magneſiae* 109, *aluminis* 38, *ſilicis* 9 p. 559.

p. 560. grana in centum libris complecti; eandem balne-
rum quantitatem 1195 grana ſedimenti illi aquar-
mineralium analogi, eandem vero fontium Piſa-
rum 60 tantum reſidui ex vitriolico et muriatico
bus mixti continere; fontem *Pozzetto* potari ſole-
et, quum minima penetrare queat, in omnibus q
libuscunque primarum viarum et abdominalium
p. 561. ſcerum aegritudinibus efficaciſſimum eſſe, maiori
men efficacitate pollere eum in loca affecta inie
multoque magis balnea calida, haec et illum etiam
ſenſillimis et delicatiſſimis adhiberi poſſe; acidul
tandem Aſcianam aquam omnibus acidulis in uſu ſo
parem eſſe.

41. *De balneis Abanenſibus tr.* D. SALVAT. MAR-
DRUZZATI *ac. lit. ſc. et art. Patav. P. I. Patav.* 178

p. 562. 4. (*brevibus indic. p.* 381.) *Ital.* Uſu balneorum i
genere, et illo Abanenſium velut ſuperiorum de-
monſtrato, horum hiſtoria relata et ſex diverſorum
fontium Abanenſium proprie dictorum, *mont' otton*
S. Petr. Montagnone, *monte grotto*, *St. Barthol.*

p. 563. *St. Helen.* exacta data iconographia, promiſſa mappa

p. 564. topographica docetur, in aquis ibi, ubi minori, quam
40 Reaum. graduum, calore gaudeant, deprehendi len-
ticulas labyrinthiformes, conſervas rivulares et fluviati-
les, tremellas byſſosque; has plantas a carbonato calcis
petrificatas quaſi videri; reperiri quidem interdum in
calidioribus aquis, ibi vero tantum, ubi per magnam
anni partem aquae curſus interceptus eſt; ubi aquae
ſub 35 gradu caleant, ſpeciem turbinum Linn. ha-
bitare; nil ferri aquis ineſſe, colorem enim flavo-ru-
bicundum nonnullarum depoſitionum, ex quibus
ſulphuris et ferri in forma oxidi praeſentiam VAN-
DELLI collegerit, uti varios alios obvios colores pen-
dere a colore, quo plantae, inprimis lenticulae, in
variis vitae ſuae periodis a diverſo thermarum calore

p. 565. imbuantur; gas aquarum illo atmoſphaerae ſpecifice
gravius

ravius ex gas acido-carbonico, aëre atmoſphaerae, e pauxillo gas hydrogeni compoſitum forte pro ſingulari hepatico (de quo in P. III. plura demonſtrare pondet) habendum eſſe, nil ſulphuris vero continere, odorem enim ſulphureum naſci forte ab illo principio, a cuius modificatione ſulphur in animalibus putrefactis oriatur; eiusdem gas $6\frac{6}{10}$ poll. cub. Pariſ. in qualibet aquarum libra contineri; omnes aquarum facultates iis, ſi in vaſis exacte clauſis aſſervatae, ſemper permanere, ſin autem ipſae atmoſphaerae diu pateant, tepidiores fieri; cuilibet earum mediocriter calentium librae ineſſe *terrae aluminoſae* (cuius ap. 566.
calce ſeparatio vitriolici et muriatici ſalium decompoſitione, eorundem acidorum evaporatione et forte ſuperſaturatione impetrata ſit,) dimidium, *ſulphati calcis* $9\frac{11}{24}$ (cur PANZANI $1\frac{1}{4}$ et ſeorſim rurſus $8\frac{5}{24}$ p. 565.
grana huius ſulphati enumeraverit, non perſpicio) *muriati ſodae* $18\frac{5}{6}$, *muriati calcis* $2\frac{13}{24}$, et *muriati aluminoſi* (inter conſtituentes aquarum mineralium par- p. 566.
tes utique novi producti) $1\frac{7}{24}$ grana. His muriatis accenſendam eſſe vim aquarum in hydrope, calculis, et omnibus a nimia copia, ſpiſſitudine, ſtaſique feri et lymphae obortis morbis; cum purgando, tum urinam ac ſudores pellendo eas proficere; depuranda vero loca iis vicina, arborumque ſeriebus, quop. 567.
minus aquae orienti et meridiei pateant, exornanda, dulcem potabilem aquam ex monte rubro vix milliarep. 568.
diſtante, velut, (uti cum hac aliisque duobus vicinis fontibus capta experimenta docuerint) ibi ſaluberrimam, petendam, variorumque inde obtinendorum commodorum gratia a Ticino ad balnea canalem effodiendum et ducendum eſſe. Breviter tantum indicata ſunt:

42. MILMANI *diſquiſ. de origine et ſede ſcorbuti,* p. 45.
et febribus putridis tranſl. ex Angl. in Gall. a Vigaroux de Montagut. Pariſ. 1786.

p. 47. 43. IO. CHR. FR. SCHLEGEL *coll. opuſc. ſel. ad med. for. ſpect. Vol. I.* 1785. *II.* 1787. *Lipſ.* 8. *).

p. 94. 44. IO. GFR. WOLF *de viribus enulae helenii in ſcabie perſananda. Lipſ.* 1787.

p. 95. 45. ED. SANDIFORTII *med. anat. et chir. in act. L. B. pr. opuſc. anat. ſel. L. B.* 1788. 8. **).

p. 96. 46. CAR. LINNAEI *termin. botan. c.* GISEKE, *edit. huic alteri acc. fragm. ord. nat. Linn. nom. gen.* PLAXERI, *gener. gall. et angl. termin. indd. Hamb. et Argent.* 1787.

47. *D.* CAPPEL *aſſ. coll. ſ. m. imp. Ruſſ. tent. de rachitide P. I.* 1787. *Berol. germ.*

p. 96. 48. GUIL. NOLLANI *tent. de humanitate vel idea abuſuum in noſoc. commiſſ. c. plan. propr. eos corrigendi. Lond.* 1787. *Angl.*

p. 236. 49. IO. FR. STRAEHL *Thur. Helv. diſſ. inaug. chem. phyſiol. de bilis natura. Gotting.* 1787.

p. 238. 50. IO. THEOPH. SCHULZ *de tympanitide diſſ. inaug. med. Gott.* 1787.

p. 240. 51. PLISSONI *grad. dent. rec. in coll. r. chir. Lugd. de nova methodo certis dentium doloribus medendi obſſ. Lugd.* 1788. 8. *Gall.*

p. 323. 52. *Acta ſoc. reg. med. Pariſ. in conſeſſ. publ. d.*
p. 422. 3. *Mart. et* 1. *Sept.* 1789 ***).

p. 328. 53. *Tentamina ſcientifica et literaria academiae Patavinae T. II.* 4. *c. figg. Patav.* 1789. Variis de academia ipſa praemiſſis CALDANUS pr. anat. et med.

p. 329. duobus ſpeciminibus cauſas inaequalitatum ureterum in homine, varios, quibus nutriri poteſt fetus, modos, uſum chordae tympani, et ſingularem peritonaei ſtructuram examinat. Inaequalem ureterum dimetrum

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. p.
**) Ibid.
***) Vid. Comm. noſtr. Vol. p.

metrum pendere ab externis compreſſionibus produ-
ctis a ventriculo et inteſtinis alimentorum plenis, ſeu
a veſica urina diſtenta, ſeu a ſitu foetus tum, cum
in utero, inverſo; in aliis enim animalibus ob diver-
ſum ſitum in utero, progreſſum horizontalem, et
compreſſiones propter urinam nunquam retentam
nullum locum habentes, ureteres eſſe aequaliſſimos,
illas vero compreſſiones inaequalitati ureterum pro-
ducendae non ſufficere, eos enim iam prima foetuum
aetate arteriae ſplenicae ad inſtar flexas eſſe. Eas-
dem inaequalitates inſervire poſſe urinae in fetu reti-
nendae, ita ſupplere allantoideam fetuum ſylveſtri-
um, oriri que ab urinae retardatione. Loca vero in p. 330.
aequalitatum variare, easque in maiori fetus evolu-
tione increſcere ideo, quod ob foetus ſitum a quar-
to graviditatis menſe ad partum uſque inverſum, fi-
lia celluloſa ureteres in flexibus ſuis continentia ma-
gis varieque tendantur et relaxentur; ad earundem
incrementum tandem et conferre vim reſpirationis,
pondus et molem foetus, retentionem urinae, com-
preſſiones externas, diſtenſionesque internas. In
uno foetuum hac occaſione inciſorum repertum eſſe
ventriculum et inteſtina humore liquori amnii ſimili
repleta, inde vero probari ſententiam nutritionis
foetus per funiculum umbilicalem, vaſa cutis, atque
et os. A chorda tympani mitti fila nervoſa (cautelae
in iis detegendis ſimul deſcriptae) ad muſculos mal-
lei, ſtapedis, aurisque internae; chorda igitur a tre-
moribus ſoni in membrana tympani excitatis irritata
tendi illos muſculos unaque membranam voluntate
noſtra, ſtapedemque plus minusve contra tympani
aquam impelli; auris internae tenſionem ad debilem,
relaxationem ad fortem ſonum percipiendum neceſ-
ſariam pendere a voluntario illorum muſculorum mo-
tu. Fibras peritonaei non eſſe tendineas et nerveas, p. 331.
ſed celluloſas, et uti variis experimentis cognovit,

iconibusque illuſtrat, retium ad inſtar complicat
inde vero iſtam membranam variis ſuis extenſio
bus et formis ſuſtinendis parem ac robuſtam. B. CA
p. 332. ZA prof. obſtetr. demonſtrat, actionem muſculor
uteri in partu forte non a maxima eius extenſio
ſed potius effici ab nervorum illius irritatione pr
ducta a mutato ſitu uteri, ultimo graviditatis tempo
a cervice non amplius ſuſtenti, ſed fundo verſus m
ſculos abdominis, orificio verſus ultimam lumbare
vertebram inverſi; phaenomena vero partus (in m
nimis ingenioſe hic explicata) ita enaſci, ut primum
agat ſtratum uteri externum velut irritabilius, tum
vaſa intermedii vaſculoſi ab illo irritati ſtrati deplean
tur, tandem excitetur contractilitas interioris mu
ſculoſi ſtrati, quo facto omnia haec tria ſtrata ſimul
ad uterum evacuandum agant; foetum enim ne
proprio pondere agere, nec phaenomena illa produ
p. 333. cere poſſe. BONIOLI, pr. chir, aptiſſimis argumen
tis opinionem de inveteratis ulceribus non ſine peri
culo ſanandis, de utilitate fonticulorum, et noxio fa
ſciarum uſu in nonnullis crurum oedematibus impu
p. 335. gnat, exemplumque refert viri oedemate faſciis ſu
perato affectibus pectoris quidem aegrotantis, ab is
tamen feliciter liberati. A pr. chem. CARBURO do
cetur, acido vitriolico communi, inprimis eo, quod
ſub nomine olei vitrioli fumantis Saxoniae cogni
tum, in retorta igni expoſito ad fundum recipientis
ſubito aſcendere gravem fumum, tum gas vitriolicum
purum, poſtea graviorem et concentratam olei vi
trioli partem, quae partim fundum recipientis occu
pet, et *acidum vitriolicum glaciale* ſit, partim, nem
pe *acidum vitriolicum ſtellatum*, ſuperioribus recipi
entis partibus ſe affigat, remanere vero leviſſimam
minusque concentratam acidi partem. Inde ſequi,
quod acidi vitriolici pars maxime eſſentialis, gravi
ſſima et volatillima ſit gas vitriolicum; hoc cum mi
nima

nima aquae portione in ſtatum concretum ſe reddere poſſit, acidum ſtellatum vero cum eadem minima, laciale cum maiori, et commune cum adhuc maiori quae copia formari queat; acida enim, ſtellatum et laciale, in aptis vaſis igni expoſita reddere multum as vitriolici puri, illo communi vitrioli remanente; ob immediata tandem elementi terrei cum igne combinatione ſolum pendere facultatem in fluidum aëreum ſe transformandi; ſummaeque utilitatis fore, ſi verae cauſſae diſcriminis fuſibilitatis et ſe volatilia reddendi facultatis inter tria illa acida et mercurium occurrentis rite determinentur. Prof. agric. ARDUINUS de plantis avenaceis hominum et animalium nutrimento inſervientibus diſſerens hominibus praeter ſolitam ſativam etiam commendat avenam Tartari- p. 336.
cam panicula maxime curva, locuſtis uno verſu inclinatis, pendulis. Pr. aſtron. TOALDO variis, diverſisque in locis inſtitutis experimentis plagarum diverſitatem phyſicam definit, orientalemque (non autem cum ea terrae orientales confundendae) omnibus praefert, variaque egregia de domuum exſtructione, ambulandi tempore etc. dat praecepta. Reliqua ſpecimina phyſicam, matheſin, philoſophiam ſpeculativam, et bonas literas attinent.

54. LUNELII *m. coll. pharm. Par. nova prae-* p. 381.
paratio chinchinae ex d. m. P. Dec. 1788. *Gall.*

55. *Tent. med. educ. in uſum infantum a Marito*
vocator. epit. op. VENELII *ex Gall. tranſl. in Ital. et* p. 431.
ornat. not. ac inſtr. a D. LUD. ANGELE *Imol.* 1789.

56. *Relatio ration. modern. camer. obſtetr.* ANT. SANTIMOROSI *Rom. p. pr. et mag. chir. et ſt. obſt. in Macerata urb. cap. prov. Marc. etc. Macerat.* 1789. *Ital.* Camera haec partes foeminae generationi et p. 432.
foecundationi addictas, diverſosque foetus in naturali et praeternaturali ac difficili partu poſitus egregie repraeſentat. Qui et, uti illi diverſi uteri appa-

rent in machinis duabus, ab ipſo Auctore ad juvenes in partu vel manibus, vel inſtrumentis adiuvando inſtruendos conſtructis.

57. *D.* FR. TAVARES *in Coimbr. univ. mat. med. et pharm. p. p. o. etc. de pharmacologia libellus ac. prael. accomm. Coimbr.* 8. 1787.

p. 479. 58. DAZILLII *obſſ. de tetano, eius differentiis, ſymptomatibus, cura, et mediis ipſi praeveniendi, progr. diſc. de mediis med. pract. ſub zona torrida perfectiorem reddendi, et annex. al. obſſ. de foem. gravid. et conſervat. infant. in his terris, et de abuſ. ac vitiis noſoc. Pariſ.* 1788. *Gall.*

p. 525. 59. *Remedium* QUIRETI *ad curandam ſcabiem c. relat. dat. ſoc. r. med. Pariſ.* 4. 1788. *Gall.*

p. 526. 60. GESENIUS *de febre putrido-bilioſa epidemica ann.* 1785. *et* 1786. 8. *Lipſ.* 1788. *germ.*

p. 527. 61. *D.* IO. WILSONI *med. Angl. expoſ. caſus choreae S. Viti camphora curati, Lond.* 1788. *Angl.*

p. 528. 62. DUBROCAE *med. Toloſ. obſ. de alopecia rariori.*

p. 569. 63. *Acta reg. ſoc. Edinburg. Vol. I.* 4. *Lond.* 1788. *Angl.*

p. 577. 64. *D.* CHAMBON DE MONTAUX *Tr. de febre maligna ſimplici, et febribus malignitate complicatis Pariſ.* 4 *Voll. in* 12. 1788. *Gall.*

p. 589. 65. BAUMES, *med. Nemauſ., ſpec. quod proem. a fac. med. Pariſ. d.* 29. *Dec.* 1785. *obtinuit, de quaeſtione determinandi, unde pendeat icterus puerorum, et caſus, in quibus hic morbus auxilium artis exigat, ab iis, in quibus omnia a natura expectare conveniat, diſtinguendi, Nemauſ.* 1788. 8.

IX.

Anfangsgründe der Chemie, von IOH. CHRIST. POLYC. ERXLEBEN, *weil. der Weltweisheit D. und Prof. aug der Georg-Auguſtus-Univerſität etc. Mit neuen Zuſätzen vermehrt von* IOHANN CHRISTIAN WIEGLEB. *Göttingen, bey Johann Chriſtian Dietrich*, 1793. 8. pagg. XXIV. et 514. praeter indicis paginas.

i. e.

Elementa chemiae, auctore IO. CHRIST. POLYC. ERXLEBENIO, olim philoſophiae doctore ac profeſſore in academia Gottingenſi. Novis acceſſionibus (iterum) locupletavit IO. CHRIST. WIEGLEB.

Praeter elementa hiſtoriae naturalis *) phyſicesque, quorum illa GMELINUS, haec LICHTENBERGIUS, profeſſores Gottingenſes, novis curis ediderunt, debemus beato ERXLEBENIO, talium librorum condendorum haud vulgari artifici, etiam chemiae elementa, ſic ut vir clariſſimus tribus his operibus totius encyclopaediae phyſicae rudimenta abſolverit. Cum elementorum chemiae Erxlebenianorum noſtris in commentariis nondum ſit facta mentio, primum de opere ipſo eiusque oeconomia, tum de WIEGLEBII additamentis et prioribus et poſterioribus breviter diſſeramus.

In condendo hoc opere **) cl. ERXLEBENIUS hunc ſibi finem propoſuit, ut tironibus introductionem

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. p.

**) Prima editio, vivo adhuc auctore, prodiit Gottingae 1775, hoc inſcripta titulo: *Anfangsgründe der*

nem in artem chemicam traderet, quae eſſet compendiis antehac evulgatis locupletior, res ad chemiam pertinentes ordine ſyſtematico exponeret, denique bibliographiae chemicae primas lineas contineret. Totam adeo chemiam, quam late eo tempore, quo E. ſcripſit, pateret, haec elementa complectuntur, nec ſolam pharmaciam, quae fere unica laus eſt priorum compendiorum, explicant. Quod methodum attinet, neglecta via plurimorum chemicorum, qui v. c. ſpiritus acidos, ſales medicos etc., ſolutiones, praecipitationes etc. ſingulatim propriisque locis pertractarent, qua ratione ordo non poteſt is ſervari, ut ſequentia antecedentibus ſatis illuſtrentur, novam rectioremque ingreſſus eſt. Praemiſſis enim iis, quae operationes chemicas in univerſum ſpectatas attinent, ſeriem proponit experimentorum cum corporibus trium naturae regnorum inſtitutorum tali artificio nexam, ut antecedentia ſequentibus ſemper lucem affundant, nec quicquam ullibi proponatur tanquam cognitum, quod nondum explicatum fuerit. Scilicet exorſus a facilioribus regnorum animalis ac vegetabilis inquiſitionibus ad illas progreditur, quae maiori caloris gradu perficiuntur *); tum perſequitur ſpontaneas horum corporum per fermentationem ac putre-

der Chemie, von IO. CHRIST. POLYC. ERXLEBEN, *Göttingen* 1775. 8. — Secunda, poſt mortem auctoris, curante WIEGLEBIO, qui notas adiecit, evulgata eſt, ibid. 1784. 8.

*) Placuit haec ratio pluribus chemiae elementorum auctoribus. HAGENIUS quidem chemiam ſuam experimentalem a ſubſtantiis organicis propterea inchoavit, quod, etſi hae ſubſtantiae magis ſint compoſitae, ipſarum tamen decompoſitio longe facilior ſimpliciorque reperiatur.

putredinem decompoſitiones; poſt pertractat acida mineralia, tandemque de metallis agit. Epiſodorum ad inſtar data occaſione varia inſerta ſunt ibi, ubi locum habere viderentur: v. c. de calcis natura ibi diſputatur, ubi de ſalibus alcalinis, de ſulphure, ubi de acido vitriolico ſermo eſt. De principiis corporum remotiſſimis hic illic, ſi occaſio daretur, actum eſt; in limine enim elementorum chemiae, quod nonnullis auctoribus placuit, de hoc argumento diſputare, ERXLEBENIO praepoſterum viſum eſt.

Tres in partes auctor haec elementa diſpeſcuit. Primum tenet locum introductio praevia in artem ſpagyricam. Sequitur doctrina de mediis inſtrumentisque corporum chemice diſquirendorum. Tertio prodeunt loco chemicae inquiſitiones corporum e tribus naturae regnis.

I. *Introductio.* De chemia in univerſum. Hiſtoria ipſius ac bibliographia chemica. Signa chemica.

II. *Media inſtrumentaque corporum chemice diſquirendorum.* Differentia inter partes corporum ſimilares ac diſſimilares. Mechanicae corporum diviſiones. Tuſio, contritus, pulveratio, praeparatio: inſtrumenta huic fini accommodata. Limatio, in ſcobem friatio, laminatio, granulatio. Partium ſubtiliorum a minus ſubtilibus ſeparationes. Decantatio, percolatio, deſpumatio, clarificatio, expreſſio. Ignis ut inſtrumentum agens. Ligna: carbones: furni chemici. Alii modi ignis alendi. Gradus ignis. Affinitas corporum chemica. Media chemica corporum decomponendorum. Solutio: differentiae ipſius, theoria; efferveſcentia, ſaturatio, menſtruum univerſale. Inſtrumenta, quae in ſolutionibus corporum uſurpantur. De vaſis vitreis in univerſum. Cucurbitea, phialae; alia vaſa. Praecipitatio: differentiea et theoria huius operationis. Fuſio: corpora,

quae

quae facile, quae difficulter, quae non funduntur. Congelatio. Inſtrumenta corporibus fundendis: tubus ferruminatorius, vaſa fictilia ſingulatimque crucibula, reliquus ad crucibula apparatus, conus fuſorius, lingones. Diſcrimen inter corpora volatilia et fixa. Evaporatio: inſtrumenta evaporandis corporibus. Calcinatio: inſtrumenta corporibus calcinandis. Solutio per vapores et cementatio. Deſtillatio ac ſublimatio in univerſum. Deſtillationis ſpecies. Inſtrumenta deſtillatoria: veſica cum alembico, caput aethiopis, refrigeratorium; cucurbitae cum alembico, retortae, tubus intermedius: deſtillationes per deſcenſum. Luta. Vaſorum ad deſtillationem adplicatio. Sublimatio: vaſa corporibus ſublimandis apta: cucubitae, retortae, ollae. Alius apparatus chemicus. Bilanx cum ponderibus. Laboratorium.

III. *Chemicae inquiſitiones corporum e tribus naturae regnis.*

A. *Faciliores inquiſitiones corporum, in primis e regnis animali et vegetabili, per menſtrua caloremque modicum.*

Notio ſalis in univerſum ſpectati, exemplo ſalis culinaris illuſtrata. Solutio atque cryſtalliſatio ſalium. Sal marinus, e fontibus ſalſis coctus, ſal gemmae. Partes ſalinae aliaque peregrina in aqua contenta. Deſtillatio aquae. An aqua in terram transeat. Sales plantarum eſſentiales. Saccharum. Mucilagines plantarum; gummata; reſinae; balſami naturales; gummireſinae. Infuſa; decocta; extracta. Iuſcula carnis coctae; gelatinae. Praeparatio philoſophica. Olea plantarum unguinoſa; cera. Corpora ſimilia e regno animali (oleum ovorum, adeps etc.) et commiſtiones horum corporum. Emulſio; lac animale. Olea aetherea; elaeoſaccharum; aquae deſtillatae. Camphora.

B. *De-*

B. *Decompoſitio corporum violentior per calorem intenſiorem.*

Siccatio et toſtio corporum. Uſtio; fumus, fuligo. Deſtillatio ſicca cum ſuis productis: aër, ſpiritus acidi, ſpiritus urinoſi; inquiſitio, an ſal urinoſus igne generetur, nec ne. Sal urinae eſſentialis. Sal ſiccus in huiusmodi deſtillationibus. Flores benzoës. Oleum empyreumaticum; oleum animale DIPPELII. Carbo. Phlogiſton. Incineratio carbonis. Alcali; num igne generetur. Alcali minerale. Vitrum, lapides terraeque vitreſcibiles, fel vitri, liquor ſilicum. Terrae lapidesque calcarei; calx viva et exſtincta; aqua calcis; cremor calcis. Theoria Blackiana de aëre fixo: theoria Meyeriana de acido pingui. Alcali cauſticum. Sapones. Sales Tacheniani. Terra cinerum. Phoſphorus urinae. Concluſiones e praecedentibus.

C. *Decompoſitiones ſpontaneae corporum e regnis animali et vegetabili.*

Fermentatio fluidorum dulcium: vinum. Tartarus. Deſtillatio et purificatio tartari. De ſalibus mediis in univerſum. Sal Seignetti, tartarus tartariſatus et tartarus ſolubilis. Vinum pomorum, medum, ſuccus betulae. Fermentatio frumenti praeparati et aqua extracti; cereviſia. Confermentatio. Fermenta. Spiritus ardentes; ſpecies, purgatio, principia, proprietates ipſorum. Solutiones per vini ſpiritum. Fermentatio acetoſa; acetum. Deſtillatio et concentratio aceti. Solutiones per acetum. Sal tartari foliatus; ſpiritus Mindereri. Aliae per acetum ſolutiones. Differentiae generales fermentationum. Vappeſcentia. Putredo. Theoria harum decompoſitionum corporum. Terra nitro formando; nitrum. Partes aliae ſalinae et oleoſae in terris ac lapidibus; petroleum. Succinum. Ambra.

D. *Aci-*

D. *Acida mineralia et ſales in univerſum.*

Pyrites, et efflorescentia eius; vitriolum. Quomodo vitriolum in igne ſe habeat; acidum vitrioli. Tartarus vitriolatus. Sal mirabilis. Sal ammoniacus Glauberi ſecretus. Calx cum acido vitriolico: gypſum. Aëris fixi e calce per acida extricatio; aqua eo gravida. Terra ſilicea et acidum vitriolicum. Alumen. Alumen uſtum; ſpiritus aluminis; terra aluminaris; laccae. Examen accuratius terrae aluminaris; argilla. Lateres, vaſa fictilia, porcellana ſpuria, eius ſpecies, porcellana genuina. Aliae proprietates terrae argillaceae. Terra primordialis. Acidum vitriolicum et phlogiſton; acidum vitriolicum ſulphureum ac ſulphur. Sal ſulphureus Stahlii. Ulterius examen ſulphuris; flores ſulphuris. Solutiones ſulphuris: balſami ſulphurei. Hepar ſulphuris; lac ſulphuris. Pyrophorus. Acidum vitriolicum et alcohol: aether vitrioli. Spiritus vitrioli dulcis et vini oleum. Cogitata ſuper his corporibus. Acidum vitriolicum et nitrum; acidum nitroſum; principia nitri. Nitrum cubicum. Nitrum regeneratum. Nitrum flammans. Detonatio ſalium nitroſorum: nitrum fixum, clyſſus, fluxus. Nitrum cum ſulphure detonans; ſal polychreſtus Glaſeri, clyſſus ſulphuris, pulvis pyrius, pulvis tonitruans. Acidum nitroſum et terra calcarea: nitrum terreſtre, phoſphorus Balduini, magneſia alba. Acidum nitroſum et terra ſilicea. Acidum nitroſum et corpora inflammabilia. Acidum nitroſum et alcohol: aether nitri, ſpiritus nitri dulcificatus. Acidum vitriolicum et ſal culinaris: acidum muriaticum. Acidum nitroſum et ſal culinaris. Alcali ſalis culinaris. Sal culinaris igni expoſitus. Magneſia eiusque proprietates. Sal digeſtivus. Sal ammoniacus. Decompoſitiones ſalis ammoniaci: ſpiritus ſalis ammoniaci vulgaris et cauſticus. Offa alba Helmontii. Spiritus Beguini. Acidum

dum muriaticum et terra calcarea: ſal ammoniacus fixus, oleum calcis, phoſphorus Hombergii. Acidum muriaticum et terra ſilicea. Acidum muriaticum et phlogiſton. Acidum muriaticum et alcohol. Cogitata ſuper ſpiritibus acidis mineralibus in univerſum. Vires ſpirituum acidorum mineralium in ſales medios ex acidis vegetabilibus natos: acetum concentratum, aether aceti. Vires eorundem in boracem. Primum de borace in univerſum. Sal ſedativus. Principia boracis, eiusdemque geneſis. Transmutationes ex altero ſale in alterum. Diſcrimen ſalium in univerſum.

E. *De metallis ſingulatim ſumtis eorumque combinationibus cum corporibus, quorum hucusque fuit mentio.*

Notio metalli. Aurum. Aurum cum acidis; aqua regis, ſal auri. Aurum cum ſalibus alcalinis; lixivium ſanguinis; aurum fulminans; alia auri menſtrua. Platinum. Platinum cum acidis. Platinum cum aliis corporibus. Platinum cum auro. Hydrargyrum. Hydrargyrum igni expoſitum. Hydrargyrum cum acidis; turpethum; oleum hydrargyri; praecipitatum rubrum et album. Sublimatum; ſal Alembroth; mercurius dulcis. Hydrargyrum cum aqua regis et acidis vegetabilibus. Hydrargyrum cum aliis ſalibus. Hydrargyrum cum ſulphure: aethiops mineralis, cinnabaris. Hydrargyrum cum auro, et cum platino. Plumbum. Plumbum igni obiectum: cinis plumbi, ceruſſa citrina, minium, lithargyrium, vitrum plumbi. De calcibus metallicis in univerſum earumque reductione. Plumbum cum oleis. Plumbum cum acidis: plumbum corneum, vitriolum plumbi, ceruſſa alba, ſaccharum ſaturni, ſpiritus ſaturni. Plumbum cum ſulphure et hepate ſulphuris. Plumbum cum aliis ſalibus. Plumbum cum auro, platino, hydrargyro.

Ar-

Argentum. Argentum cum acidis: cryſtalli argenti lapis infernalis, vitriolum argenti, argentum corneum. Argentum cum ſalibus alcalinis. Argentum cum ſulphure et hepate ſulphuris. Argentum cum auro; ſeparationes argenti ab auro. Argentum cum platino, hydrargyro, plumbo. Wismuthum. Calx wismuthi et vitrum. Wismuthum cum acidis aliisque menſtruis. Wismuthum cum auro, platino, hydrargyro, plumbo, argento. Cuprum. Cuprum igni expoſitum. Cuprum cum acidis: vitriolum caeruleum, viride aeris eiusque ſpiritus. Cuprum cum aliis corporibus. Cuprum cum auro. Cupri et argenti inaurationes. Cuprum cum platino, hydrargyro. Cuprum cum plumbo: cupri a plumbo per ignem ſeparatio. Cuprum cum argento. Cupri ab argento ſeparatio. Argenti per nitrum purgatio. Cuprum cum wismutho. Niccolum. Niccolum regulinum cum variis corporibus. Niccolum regulinum cum auro, hydrargyro, argento, wismutho, cupro. Regulus arſenici. Regulus arſenici igni obiectus; arſenicum album. Hepar arſenici. Arſenicum et ſulphur; arſenicum flavum et rubrum. Arſenicum et nitrum; ſal medius arſenicalis. Arſenicum cum aliis corporibus. Arſenicum cum auro, platino, hydrargyro, argento, wismutho, cupro, regulo niccoli. Ferrum. Ferrum in aëre et aqua. Chalybs; ferrum fuſum, cuſum. Ferrum cum oleis. Ferrum cum acido vitriolico. Vitriolum ferri; atramentum; caeruleum Berolinenſe; colcothar. Ferrum cum reliquis acidis ſalibusque alcalinis. Ferrum cum ſulphure et hepate ſulphuris. Ferrum cum nitro et ſale ammoniaco. Reductio calcis martialis. Ferrum cum auro, platino, hydrargyro, plumbo, argento, wismutho, cupro, regulo niccoli, arſenico. Regulus antimonii. Regulus antimonii igni expoſitus. Regulus antimonii cum acidis. Regulus antimonii cum

ſul-

ſulphure: antimonium crudum, flores antimonii, calx et vitrum antimonii; tartarus emeticus. Regulus antimonii cum hepate ſulphuris: hepar antimonii, crocus metallorum, ſulphur auratum, pulvis Carthuſianorum, regulus antimonii medicinalis. Antimonium diaphoreticum, nitrum antimoniatum, materia perlata, clyſſus antimonii, nitrum cauſticum et tinctura antimonii acris. Antimonium cum aliis ſalibus. Regulus antimonii cum auro; auri per antimonium fuſio. Regulus antimonii cum platino, hydrargyro et cinnabari. Antimonium eiusque regulus cum mercurio ſublimato: butyrum antimonii et cinnabaris antimonii, pulvis Algarothi, bezoar minerale. Regulus antimonii cum plumbo, argento, wismutho, cupro, regulo niccoli, regulo arſenici, ferro. Stannum. Stannum igne tractatum. Stannum cum acidis, ſalibus alcalinis, nitro et ſulphure: aurum muſivum. Stannum cum auro: purpura auri. Stannum cum platino, hydrargyro. Stannum cum cinnabari, mercurio ſublimato: ſpiritus fumans Caſſii, aether muriaticus. Stannum cum plumbo: encauſta. Stannum cum argento, wismutho, cupro, regulo niccoli, regulo arſenici, ferro, regulo antimonii. Zincum. Zincum igni obiectum: zinci flores. Zincum cum acidis aliisque ſalibus: vitriolum album. Zincum cum auro, platino, hydrargyro, argento. Zincum cum cupro: orichalcum etc. Zincum cum regulo niccoli, arſenico, ferro, regulo antimonii, ſtanno. Regulus cobalti. Regulus cobalti igni expoſitus. Regulus cobalti cum acidis aliisque ſalibus: vitriolum cobalti, atramentum ſympatheticum. Regulus cobalti cum ſulphure et hepate ſulphuris. Regulus cobalti cum platino, hydrargyro, plumbo, argento, wismutho, cupro, regulo niccoli, arſenico, ferro, ſtanno.

F. *De metallis in universum spectatis, eorum solutionibus, calcibus, praecipitatis, reductionibus etc. — Conclusio operis.*

Metalla et semimetalla. Fusio metallorum. Malleatio et ignitio metallorum. Colliquatio et terminatio metallorum: mutatio ponderum specificorum metallorum, quae colliquantur. Calcinatio metallorum per ignem eorundemque vitrificatio. Reductio metallorum. Calcium metallicarum maius, quam metallorum regulinorum, pondus. De metallis nobilibus. De terra metallica, principio mercuriali, metamorphosibus et artificiali confectione metallorum. Solutiones metallorum: sales metallici. De praecipitationibus solutionum metallorum. Elementa chemica excoctionis minerarum.

Denique ad finem operis agitur de corporum affinitatibus chemicis in specie, tabulaeque sistuntur affinitatum Gellertianae auctae et emendatae.

§. 108. Rationem, cur multi sales in formam determinatam coëant s. crystallisentur, aliique sales alias crystallos generent, auctor repetit a figura particularum salinarum, ac certa quadam vi, qua particulae secundum hanc illamve directionem sese attrahunt. Hanc vero ipsam ob causam dubitat, an res possit satis illustrari. — 119. Aquae in terram transmutatio non videtur auctori impossibilis, etsi non credit eam ita demonstratam esse, ut in dubium vocari amplius non possit. — 128. Extracta Garayana parum laudat, cum non ea omnia contineant, quae in ipsis debent inesse, praetereaque inquinata sint particulis terreis peregrinis. — 157. Crystallorum in nonnullis oleis aethereis natarum quae sit natura, auctor non audet definire. — 158. Num gas inflammabile sit aër vulgaris particulis peregrinis repletus, an fluidum sui generis aëri quadamtenus analogum, ambigit. — 168. Probabile est auctori, sales urinosos igne non generari, sed tantummodo

do per ignem e corporibus extricari. — Idemque de ſalibus alcalinis fixis contendit, WIEGLEBII ac MARGGRAFII nixus experimentis. — In calcis theoria BLACKIUM ſequitur, refutatque MEYERUM. — Cum ante fermentationem in corporibus fermentationi aptis nulla reperiri poſſint veſtigia ſpiritus ardentis poſt fermentationem conſpicui, credit, hunc ſpiritum in ipſo fermentationis actu demum per novam partium combinationem generari. — Spiritus vini puriſſimus nihil aliud auctori videtur, quam aqua principio inflammabili repleta. Particulas oleoſas in eo non potuit reperire, et quamquam in ſpiritu impuro ſemper acidum contineatur, tamen dubitat, an illud acidum inter principia ſpiritus poſſit numerari, ſuſpicaturque, in ſpiritu vini puriſſimo neutiquam detegi poſſe. — Quomodo fermentatio oriatur, difficile noſtro videtur explicatu. Experientia quidem docet, tantummodo ea corpora fermentationem ſenſibilem ſubire poſſe, quae particulas dulces contineant, ſaltim mucilaginoſas, facile naturam dulcem contrahentes. Eadem docet, in qualibet materia vinoſa fermentationem perpeſſa, ſi fermentatio acetoſa arceatur, fermentationem vinoſam ſenſus noſtros fugientem diu perdurare, eaque ipſa re indolem vinoſam huius materiae ſemper magis magisque creſcere. Cum ea principia, quae in corporibus fermentationi aptis adeſſe debent, igne in acidum oleumque decomponantur, oleumque e phlogiſto, acido et aqua conſtare videatur, forſitan acidum inter fermentationem particulas reliquas acidas in oleo latentes attrahit, adeoque oleum decomponit; iam olei phlogiſton una cum aqua ſpiritum generat; ſpiritus ſic ortus poſt acidum adeo involvit, ut hoc nec ſapore nec alia ratione detegi poſſit, donec fermentatione procedente particulae acidae penitius unitae ſint, phlogiſtonque avolaverit. Certe hinc appareret, cur acetum eo melius ſit, quo

§. 192. 209. 211. 254. 262. 299 —301.

generoſius vinum fuit; cur vinum ſine fermentatione proprie ſic dicta aceſcere poſſit, ſi in vaſis apertis aëri libero exponatur, aliquamdiu in loco calido ad fervetur etc. Secundum hanc hypotheſin vinum cereviſia etc. forent aqua particulis oleoſis acidisque remixta, quarum hae phlogiſto plus minusve involutae ſunt; ſpiritus foret phlogiſton cum aqua coniunctum; acetum denique vinum aut cereviſia, ex

§. 305. qua phlogiſton avolavit. — Sal urinoſus, quem deſtillatio e variis lapidibus terrisque evolvit, auctori corporibus animalibus vegetabilibusque repetendus videtur, quae inter iſtos lapides terrasque putredine conſumta ſunt. Pariter partes oleoſae humi a putredine manifeſto ortae multorumque lapidum, denique petrolea ac bitumina omnia omnino e duobus regnis naturae organicis videntur ipſi repetenda. —

343. Terram aluminarem E. ſuſpicatus eſt terram eſſe ſilicem acido vitriolico nonnihil immutatam; qua in re BAUMEI eum auctoritas, notante etiam WIE-

376. LEBIO, fefellit. — Pyrophorus ſic videtur noſtro commodiſſime parari poſſe. Quinque partes aluminis uſti unaque pars pulveris carbonarii probe commiſcentur, inque phiala in crucibulo fabulo repleto primum modice, tum fortius uruntur, donec miſtura excandeſcat. Iam in collo phialae verum ſulphur apparet, adeoque inter operationem flamma caerulea ardet. Hac flamma exſtincta pyrophorus paratus eſt, in lagena probe clauſa plures per annos

377. ſervandus. In hac operatione ex acido vitriolico aluminis phlogiſtoque carbonum ſulphur pyrophori oritur, cuius pars forſitan cum terra ac ſale alcalino

379. carbonis incinerati in hepar ſulphuris tranſit. Ad theoriam inflammationis pyrophori quod attinet, veroſimillimum auctori videtur, in pyrophoro ineſſe acidum vitriolicum admodum concentratum idque non ligatum, quod dum humiditatem aëris attrahat, cum aqua adeo incaleſcat, ut ſulphur poſſit accendi.

di. — Aether vitrioli auctori videtur oleum oleis aethereis analogum, quod acidum olei vitrioli phlogiſtonque ſpiritus vini mediante calore copulata generarunt. Aether ſpiritu vini ſolutus ſpiritum vitrioli dulcem conſtituit, oleumque vini E. cenſet eſſe aetherem impurum, a coniunctione intima cum maiori acidi, inprimis ſulphurei, quantitate oriundum. — Acidi nitroſi e nitro per terras argillaceas extricationem auctor inprimis ab acido vitriolico in argilla latente cenſet derivandam, cum caput mortuum tartarum vitriolatum, licet difficulter ſeparandum, contineat. — Cauſa detonationis ſalium nitroſorum e noſtri ſententia in acido nitroſo ſita eſt, quod phlogiſton validiſſime attrahit, adeoque cum eo ſulphur nitroſum generare videtur, quod protinus cum vehementia comburitur. — Conſtat, ſi acidum nitroſum ſuper corporibus animalibus deſtilletur, ad finem operationis non raro inflammationem accidere. Hanc ſuſpicatur E. pendere a phlogiſti cum acido nitroſo coniunctione. Eademque ipſi cauſa videtur, cur pruna ſpiritum nitri fumantem, in quem immergitur, magna cum vehementia accendat. — In origine ſalis ſedativi explicanda auctor ad BAUMEI ſententiam (quam conſtat WIEGLEBIUM in peculiari ſcripto refutare ſtuduiſſe) propendet. Suſpicatur adeo, acidum e pinguedine evolutum cum terra argillacea arctiſſime copulari ſicque ſalem ſedativum generare. Arbitratur, omnem boracem ſimili, qua BAUMEUS uſus eſt, ratione generari, alia re adiuncta, cui alcali debetur *). — De acidorum ſalium- §. 390. 391. 401. 407. 420. 472. 474.

*) Meminimus ante aliquot annos ſaponem nos videre aliquamdiu ſervatum, qui hic illic ſua in ſuperficie particulis foliaceis ſalem ſedativum habitu externo referentibus adſperſus eſſet. Defuit tum nobis occaſio, in hanc rem accuratius inquirendi.

que metamorphoſibus, quas locum habere chemici vulgo aſſeruerunt, E. vehementer dubitat. Nec magis ſibi poteſt perſuadere, in acido nitroſo, quod multorum fuit ſententia, phlogiſton contineri. —

§. 485. Quae ſit auri fulminantis natura, non decernit. Hoffmannum credit, inflammationis cauſam in ſale urinoſo ſitam eſſe, ſed ambigit, utrum iſte ſal nitrum flammans generet, a vero phlogiſton in eo contentum cum acido nitroſo copuletur. — Aquae vulgaris in plurimum vires a particulis ſalinis in ea contentis repetit. — Chalybem habet pro ferro perfectiori magisque regulino. Quam ferrum, dum in chalybem vertitur, ſubit mutationem, ea ipſi videtur reductio particularum calciformium ferro admiſtarum. Neque negat, fieri poſſe, ut in ferro particulae inſint ſulphureae, quae, dum chalybs paratur, deſtruuntur, ut adeo chalybis confectio fortaſſe etiam a talium particularum deſtructione pendeat. — Caeruleum Berolinenſe pro calce martiali habet, peculiari quodam modo cum phlogiſto lixivii ſanguinis copulata. — Ponderis metallorum nonnullorum, forſitan omnium, dum igne calcinantur, augmentum negat auctor poſſe explicari, niſi ſumatur, aliquid metallis inter calcinandum adiungi, hocque putat nihil aliud niſi aërem fixum eſſe; adeoque reductionem calcium phlogiſti additione aërisque fixi inter calcinationem admiſti ſubtractione abſolvi. — Calces metallicae, calcinatione ſatis protracta, aliis terris puris natura ſua admodum ſimiles videntur. Magis magisque fixae, inſolubiles irreducibilesque fiunt. Igitur inprimis opera danda fuerit, ut calcinatio metallorum ad ſummum usque gradum perducatur, quo naturam terrarum in metallis latentium intelligamus, et quo appareat, num terra in omnibus metallis eadem, an diverſae contineantur. Sed cum terrae metallicae, quantum hucusque experientia docuit, terras non metal-

metallicas pondere ſpecifico ſuperent, cumque nemo hucusque chemicorum (nupera in Hungaria experimenta huic auctoris aſſertioni non repugnant) terras non metallicas phlogiſti additione in metalla immutare potuerit, non improbabilis eſt plurium chemicorum ſententia, principium peculiare ad metalli geneſin requiri, quod principium arſenicale ſ. mercuriale vulgo audit. Hoc tamen non ſic intelli- §. 814.
gendum eſt, quaſi contenderetur, arſenicum vulgare aut hydrargyrum proprie ſic dictum omnibus in metallis latere. Separatio enim hydrargyri ab aliis metallis, quam nonnulli chemici iactant, auctori dubia admodum videtur, etſi non negat, fieri poſſe, ut hydrargyrum ex aliis metallis aliisque etiam corporibus eliciatur. Huiusmodi hydrargyrum malit pro recens generato, quam pro educto habere. Etenim
negat ſe videre, cur metamorphoſis metalli in aliud 815.
metallum utpote impoſſibilis reiicienda ſit. Cardo rei, ipſa iam experientia forſitan ſatis confirmatae, ipſi videtur in eo verſari, ut aut principia metallorum, aut coniunctio eorum immutentur; id quod perinde fieri poſſe cenſet, ac multas alias chemicas miſtionis corporum immutationes, quae quotidie peragantur. Pariter arbitratur, fieri poſſe, ut metallum adhuc imperfectum matureſcat, aut novum
metallum e materiis non metallicis oriatur. — Se- 824.
cundum noſtrum metalla reperitur in telluris cortice partim perfecta, tumque audiunt *nativa;* partim perfecta quidem, ſed ſulphure aut arſenico, aut utrisque obvoluta, *larvata;* partim *calcinata;* partim denique *mineraliſata*, h. e. calcinata ſimulque ſulphuri aut arſenico iuncta.

Tranſimus ad WIEGLEBII adnotationes, quibus vir clariſſimus opus Erxlebenianum correxit, auxit, illuſtravit. Neque in priori, quam curavit W., editione (anni 1784.), neque in ea, cuius titulum in

fronte huius recenſionis poſuimus, praefatio editoris legitur, quae acceſſionum normam conſiliumque exponat, ſola enim auctoris praefatio repetita est. In univerſum notare convenit, WIEGLEBIUM res chemia poſt ERXLEBENII mortem detectas ſuis locis magna ex parte inſeruiſſe, catalogos affinitatum locupletiores feciſſe, bibliographiam ad recentiſſima usque tempora deduxiſſe, indicem auxiſſe etc.

§. 40. Cortices coriarii maceratos ſiccatosque ad ignem lenem ſervandum WIEGLEBIUS chemicis commendat. — Solutionis alicuius ſubſtantiae in menſtruo alia iam ſubſtantia penitus ſaturato rationem hanc reddit, quod partim menſtruum unum idemque alia corpora alia vi attrahat, partim vis attractiva corporis iam ſoluti in ſubſtantiam poſtmodo additam agat, adeoque vim menſtrui attractivam augeat. — Quo crucibula vitrum plumbi fuſum melius ferant, cum I. A. WEBERO ſuadet, ut ſuperficies interior crucibulorum Haſſiacorum oleo lini illinatur, tumque vitro viridi ſubtiliter tuſo conſpergatur. — Corporum in vapores mediante calore evolutionem inde repetit, quod ignis corporibus intime mixtus pondus ipſorum imminuat, eaque reddat leviora. — Operationes etiam obſoletas non tradendas eſſe oblivioni, exemplo deſtillationis per deſcenſum ab ERXLEBENIO repudiatae docet. Huic enim proceſſui initiatur ſeparatio hydrargyri accurata in amalgamatione minerarum auriferam et argentiferarum Hungarica ac Bohemica. — Contra ERXLEBENIUM docet, ſalem culinarem, dum coquitur, igne non poſſe decomponi; quod igne extricetur, a ſalibus peregrinis in fontibus ſalſis latentibus repetendum eſſe. — Monet, aquam arte non poſſe in terram converti; terra, quae in talibus tentaminibus prodierit, originem ſuam aut aquae non ſatis purae aut vaſis debuiſſe. Lavoiſieriana doctrina de aquae decompoſitione in aërem dephlogiſticatum

52.

73.

79.

96.

114.

119

ficatum et inflammabilem WIEGLEBIO videtur falsae phaenomenorum explicationi inniti. — De acido saccharino. — Olea unguinosa inprimis hoc credit differre, quod alia in aëre siccescant, alia fluida maneant. Olea rancida perfecte corrigi posse, negat. — De HERMBSTAEDTII experimentis cum saccharo lactis. — Contra ERXLEBENIUM suspicantem, in aquis destillatis partes oleosas cum aqua salis essentialis plantarum interventu coniunctas esse, docet, sales illos essentiales non volatiles esse; monet, olea ista iam ipsa natura sua salinae esse indolis adeoque in aqua quadamtenus solubilia. — Cohobationem tantummodo iis in casibus necessariam censet, si a data quantitate corporis odorati nimium aquae, quod adeo partibus odoris non potuit impraegnari, abstraxeris. Igitur cohobandi labore supersederi potest, si tantum modo aquae abstrahitur, quantum partibus oleosis sat potest repleri. — Crystallos in nonnullis oleis aethereis temporis progressu natas vulgoque pro camphora habitas suis motus experimentis contendit esse sales oleosos peculiaris naturae. — Aër inflammabilis videtur ipsi constare ex aquae principio materiaque inflammabili sive phlogisto, maiore copia ignis in statum aëriformem expanso. — Ad spiritus urinosos a particulis oleosis empyreumaticis rectificatione repurgandos pulverem carbonum commendat. — De acido ossium. — De variis methodis florum benzoës parandorum. — Vehementer laudat rationem DEHNII ad oleum animale parandum cucurbitam alembicumque adhibentis; ita enim, nisi iam in prima destillatione, certe in secunda, oleum obtineri aethereum limpidissimum. — Super solubilitate carbonum laudat LICHTENSTEINII experimenta, LOWITZII super eorundem usu ad purganda multorum salium lixivia. — Demonstratum censet, carbones e principio inflammabili et

§. 122. 134. 140. 148. 156. 157. 168. 173. 179. 180. 183. 184. 185.

aëre fixo ſ. acido aëreo conſtare, principiumque eorum inflammabile cum principio phlogiſtico aëris in-
§. 195. flammabilis unum idemque eſſe. — Contra ERXLEBENIUM aſſerit, alcali fixum ſolutione et inſpiſſa-
211. tione ſaepius repetita non poſſe deſtrui *). — In theoria calcis vivae WIEGLEBIO, ſtrenuo olim hypotheſeos Meyerianae aſſeclae, doctrina Blackiana cum Meyeriana quodammodo coniungenda videtur. Credit adeo, aërem fixum e calce cruda calore expelli, ſimulque materiam ignis puram cum ea coniungi; itaque calcem uſtam cenſet eſſe terram calcaream aëre
213. vacuam, ſed materia caloris repletam. — Ad alcali perfecte cauſticandum ERXLEBENIUS ſeptem octove partes calcis uſtae duasque partes alcali ſumi iubet. W. contra ea monet, rationem calcis non poſſe in univerſum certo definiri, ſuadetque, ut tantum calcis ſumatur, donec lixivium cum acidis non am-
215. plius efferveſcat. — De terra ponderoſa. — Pon-
230. dus auctum phoſphori modo combuſti inde repetit, quod principium inflammabile acidum phoſphoreum
240. antea levius fecerat. — De acido tartari. Nil eſſe aliud, niſi acidum ſaccharinum cum maiore copia phlogiſti iunctum. De acido oxalino: a ſaccharino
245. non differre. — De Scheeliana et Goettlingiana
254. ſalis Seignette parandi methodis. — Spiritum vini non productum fermentationis, ſed eductum eſſe. —
255. E lacte ſpiritum ardentem obtineri poſſe, OSBECK-
257. KOWSKII tentaminibus probat. — Ad vini ſpiritum rectificandum convenit nonnihil cineris cribrati aut calcem in pulverem dilapſam aut, quae LOWITZII ratio

*) LORGNAE tamen tentamina in actis ſocietatis Italicae recenſita, ut aliorum magni nominis chemicorum experimenta taceamus, ERXLEBENII ſententiam confirmare videntur.

ratio eſt, carbones pulveratos vaſi indere, in quo rectificatio inſtituitur. — Citantur auctores olei aetherei in vini ſpiritu praeſentiam aſſerentes. — Acetum, quod e veſica cuprea deſtillatur, nullum inquinamentum cupreum contrahit, modo alembicus tubusque refrigeratorius ſtannei ſint. Ita vero ſtanno nonnihil contaminatur. Itaque ſatius eſt, acetum uſui interno deſtinatum e vaſis vitreis deſtillare. — Acidum acetoſum fortiſſimum obtinetur, ſi acetum deſtillatum alcali fixo iungas, ſalem poſt evaporationem particularum aquoſarum reliquum cum dimidio acidi vitriolici concentrati commiſceas ſicque acidum acetoſum rurſus extrices. — Acetum WIEGLEBIO non productum, ſed eductum videtur. — Aërem phlogiſticatum habet pro aëre puro principio inflammabili ſaturato. — In theoria fermentationis provocat ad tractatum ſuum de fermentatione Vinariae 1776. editum. — Oleum vitrioli optime purgari monet, ſi forti ignis gradu totum deſtilletur. — De terra ponderoſa vitriolata. De magneſia vitriolata. — Terram ſiliceam ab acido vitriolico non poſſe ſolvi, contra BAUMEUM eiusque ſequacem ERXLEBENIUM docet, ſimulque fontem huius erroris detegit, ad ſuam de ſilice disquiſitionem novis actis academiae naturae curioſorum inſertam provocans. — Ignis ex alumine modo perparum acidi extricare poteſt; longe maxima acidi portio remanet. — ERXLEBENIUM terram ſiliceam iniuria pro primigenia habere. — Ut ſulphur naſcatur, W. credit non modo phlogiſton cum acido vitriolico intime coniungi, ſed etiam aquam, quod eius fieri poteſt, abeſſe debere. — Quomodo acidum vitriolicum concentratum e ſulphure in Anglia Galliaque magnis quantitatibus eliciatur. — De aëre ſulphureo foetido. De aëre phoſphoreo. — Rubrum colorem acidi nitroſi partimque etiam volatilitatem ipſius cum SCHEELIO a

§. 262.
280.
282.
291.
295.
299.
320.
335.
336.
340.
356.
359.
360.
372.
400.

phlo-

§. 401. phlogiſto repetit. — Nitri per terras argillaceas decompoſitionem non cum ERXLEBENIO ab acido vitriolico in argilla latente, ſed a terra ſilicea derivat, quam alcali nitri appetit, quod tum ab acido ſue ſi-
407. cilius poteſt ſeiungi. — Detonationis ſalium nitroſorum rationem in aëre vitali e nitro inflammabili-
408. que e ſulphure oriundo quaerit. — Inter detonationem nitri acidum nitroſum decomponitur, vaporesque emergentes (clyſſus nitri) potius ſunt naturae alcalinae volatilis, ut adeo operam impenſasque perdat, qui hanc operationem vaporum iſtorum obti-
409. nendorum gratia inſtituit. — Reprehendendi ſunt, qui ad fluxus parandos nitrum etiam noſtris diebus temere deſtruunt. Loco fluxus albi ſal cinereum clavellatorum purus aut ſal tartari, et loco fluxus nigri tres partes alcali purgati cum una parte pulveris carbonarii commiſtae aut ſolus tartarus ad nigredinem uſtus
425. omnibus in caſibus uſurpari poſſunt. — Colorem flavum acidi muriatici WIEGLEBIUS olim (etiam in priore, quam curavit, horum elementorum editione) cum aliis chemicis ab inquinamento martiali derivavit. Hoc vero falſum eſſe, iam aſſeverat. Tinctus iſte, ut in acido nitroſo, a particulis phlogiſticis repetendus eſt. Si huiusmodi acidum muriaticum ſuper ſale culinari rectificatur, aut etiam ſi ſolum deſtillatur, circiter octava pars, quae prima tranſit, colorata eſt ac fumat; ſi iam novum excipulum adaptatur, portio acidi tum tranſtillans limpida ac ſine
428. colore apparet. — Acidi muriatici per magneſiam
431. nigram dephlogiſticatio. — Alcali minerale e ſale culinari extricari poteſt, ſi hic ſal cum aequali quantitate cinerum clavellatorum purorum quam parciſſima aqua ſolvatur, tumque cryſtalliſatione ſeparetur. Primum cryſtalli ſalis digeſtivi, tum alcali mineralis prodeunt. Idem commode obtinetur finis, ſi duae partes ſalis Glauberiani unaque pars cinerum

clavel-

clavellatorum purorum pariter tractantur. Primo tartarus vitriolatus, post alcali minerale crystallisatur. — Contra ERXLEBENIUM WIEGLEBIUS ne §. 433.
gat, magnesiam salitam igne posse decomponi. —
Ut nihil non alcali volatilis extricetur, ad unam sa- 443.
lis ammoniaci partem duae partes cinerum clavellatorum purorum tresve crudorum sumendae sunt. Cineres vix possunt adhiberi, cum nimia eorum copia sumenda sit. Creta inservit, nec tamen commode, alcali volatili via sicca extricando; sed spiritui salis ammoniaci parando non idonea est. — Ad offam 448.
Helmontii parandam spiritus salis ammoniaci alcali fixo paratus sumendus est. Nihil est aliud, quam alcali volatile, cui aquam, utpote menstruum, spiritus vini eripuit. Sapo chemicus nullo modo potest appellari. — De solutionibus muriaticis terrae 452.
ponderosae, magnesiae, terrae aluminaris. — De 455.
acidis fluorato, arsenicali, molybdaenae, lapidis ponderosi breviter agitur. — Quod vulgo (etiam apud 457.
ERXLEBENIUM) acidum vitriolicum ceteris acidis fortius audit, id tantummodo plerosque casus affinitatis spectat. Itaque hoc non de gradu causticitatis intelligendum est, quo nomine nonnullis in casibus acidum vitriolicum muriatico aut nitroso cedere constat.
— Tincal a sola natura, nullo artis interventu, ge- 461.
nerari, monet, ad GRILLII provocans observata.
BECCHERUM primum salem sedativum observasse. — 462.
Salem sedativum a natura generari, certum est. Sed 470.
quae sint eius principia, nondum constat. Quod si sal sedativus aut borax partes metallicas continet, hae pro peregrinis fortuitoque admistis habendae sunt. — De BONZII et BENTLEII methodo mer- 506.
curium sublimatum dulcem sine interventu mercurii sublimati corrosivi parandi. Duae unciae hydrargyri cum duabus unciis olei vitrioli ad solutionem usque evaporantur. Hic sal tum cum una uncia hydrargyri

gyri duabusque unciis et ſex drachmis ſalis culinaris
§. 516. decrepitati commiſcetur ac ſublimatur. — De amal-
519. gamatione platinae a SICKINGIO peracta. — Secun-
dum W. plumbum, dum calcinatur, pondere ideo
creſcit, quod phlogiſton avolat, cuius praeſentia ar-
549. tea pondus plumbi imminuit. — De argento fulmi-
nante BERTHOLLETI. De argento fulminante KLAP-
ROTHI. Obiter etiam de hydrargyro fulminante. —
567. Contra auctorem docetur, acidum muriaticum ſolum
acidumque acetoſum in wismuthum vix quicquam
593. valere. — Falſo docuit E., aurum e ſua ſolutione
vitriolo caeruleo aut viridi aeris praecipitati: praeci-
595. pitatur vitriolo ferri. — Amalgama cupri optime
paratur, ſi pulvis e vitriolo cupri per ferrum prae-
631. cipitatus cum hydrargyro conteritur. — HAH-
NEMANNI liquorem probatorium ad vini inquina-
mentum plumbeum detegendum ceteris omnibus
W. praefert. Eſt aquà aëre ſulphuris foetido im-
643. praegnata acidoque muriatico leviter infecta. — Ad
butyrum arſenici parandum non, ut ERXLEB. vult,
arſenicum album, ſed regulinum mercurio ſublima-
to iungendum eſt. Arſenicum album mercuriusque
ſublimatus, quod E. in dubium vocat, ſane poſſunt
ſublimando copulari. An vero unquam mercurius
ſublimatus ſic corruptus fuerit, W. dubitat: ipſam
iam indolem pulverulentam huius miſtionis credit
669. fraudem proditurum eſſe. — Principium colorans
in lixivio ſanguinis credit cum WESTRUMBIO eſſe aci-
dam phoſphoreum, alcali volatile ac phlogiſton. —
673. Ad ferrum acido nitroſo ſolvendum acidum paulo te-
nuius ſumendum, ferrumque per fruſta minuta in-
gerendum, atque calor vitandus eſt. Simulac appa-
ret, acidum in ferrum non amplius agere, ſolutio-
nemque tinctum contrahere fuſce rubrum, ſolutio
eſt ſaturata, et a ferro, ſi quod nondum ſolutum ad-
huc ineſt, debet decantari. Ita eius coagulatio, quae

quo-

quomodo poſſit caveri, E. non indicat, impeditur. De aëre nitroſo et eudiometris. — Aquam puram §. 678.
ferrum ſolvere poſſe, WESTRUMBII experimentis innitens negat. — Ferri amalgamatio, quae ſecundum E. impoſſibilis eſt, obtinetur, ſi ſolutionem ferri vitriolicam cum iuſta quantitate amalgamatis zinci digeras. — Ad partes regulinas ex antimonio crudo extrahendas aqua regis e tribus aut quinque partibus acidi muriatici et una parte acidi nitroſi conſtare debet. — Ad tincturam antimonii acrem parandam antimonii regulus non vulgaris ſimplex, ſed martialis ſumendus eſt. — Acidum nitroſum aqua multa dilutum nonnihil ſtanni ſuſcipit, ſed prout phlogiſton ſtanni avolat, partes eius ſolutae ſub forma calcis albae praecipitantur. — Ferrum ſtannumque poſſe colliquari, vaſa, quae Neowidii parantur, declarant. — Zincum non regulinum, ſed calcinatum, cum ſulphure poteſt copulari. — Vitriolum cobalti purum rubro eſt colore; viridis eius tinctus, qui ſecundum ERXL. ipſi proprius eſt, plerumque a niccolo admiſto dependet. — Idem valet de cobalto cum acido muriatico aut nitroſo copulato. — De magneſio, wolframo, molybdaena, uranio. — In metallorum calcinatione ideo cenſet W. neceſſariam eſſe aëris praeſentiam, ut phlogiſton e metallis elicitum poſſit in illum tranſire. Imminutio voluminis aëris, quae in his proceſſibus conſpicua fit, potius a phlogiſto elaſticitatem aëris minuente eumque in minus ſpatium cogente, quam inde repetenda ipſi videtur, quod aëris pars calci metallicae adhaereſcat. — Alchemia, i. e. metallorum transformatio ſanior, cui ERXL. favere videtur (iis ſane utens ad eam defendendam argumentis, quae non omni careant pondere), data occaſione a WIEGLEBIO ſtrenue impugnatur.

687.

702.

717.

740.

760.

770.

783.

784.

793.

6. 11.
53.
815.

X.

La médecine éclairée par les ſciences phyſiques, ou Journal des découvertes relatives aux différentes parties de l'art de guérir; rédigé par M. FOURCROY. Tome premier. à Paris, chez Buiſſon, Libraire, 1791. 8. pagg. 396.

i. e.

Medicina ſcientiis phyſicis illuſtrata, ſive Diarium inventionum ad varias partes artis medicae ſpectantium. Editore FOURCROY. Tom. I.

Clariſſimus FOURCROY, cuius merita inſignia ingeniumque praeſtans laudare ſuperfluum foret, cum omnibus rerum phyſicarum et medicinarum ſtudioſis ſatis cognita ſint, diarium evulgare inſtituit lectu digniſſimum tantaeque utilitatis, ut artis ſalutaris cultores eo carere vix poſſint. Ut huius inſtituti ratio ac praeſtantia melius appareant, aliquot locos huc transferamus, ab introductione initium facientes.

p. 3. „Ars medica tot diſciplinis innititur, ab iis, qui „varias eius partes colunt, tanta requiritur doctrina, „ut difficillimum ſit, hominem etiam laborioſiſſimum „omnes diſciplinas, quae eius baſin conſtituunt, eo„dem perfectionis gradu mente complecti. Tamen „dantur perpaucae in iſtis diſciplinis inventiones, „quae medicinae nihil utilitatis afferre poſſint. Hinc„que etiam factum eſt, ut homines ſtudio artis ſalu„taris dicati diu ſoli varias partes vaſtae ſcientiae na„turae profiterentur. Sane in univerſum medicis „(medicos dico, quicunque parti artis medicae cui„libet excolendae operam navant) progreſſus deben-

tur

„tur physicae generalis, zoologiae, anatomiae, botanices, chemiae, mineralogiae a pluribus retro seculis: medicorum ordo statim ab initio membra dedit academiis Europae, nonnullas adeo instituit, certe prima earum iecit fundamenta. Sed ex quo cuiuslibet harum scientiarum campus longe amplior, quam antea, factus est, etiam cultorum numerus crevit, moxque ex classibus societatis illis, ad quas scientia naturae prius non penetraverat, prodierunt homines, qui limites huius scientiae mire promoverent. Tum studium medicinae, etsi omnibus physices partibus iunctum mansit, ab iisque porro adiutum illustratumque est, desiit esse sola occupationum humanarum, quae culturam ceterarum omnium disciplinarum physicarum, id quod per longum temporis spatium antea fecerat, complecteretur. Intellectum est, unum hominem nullo modo posse omnes naturae thesauros mente sua amplecti. Ipsi medici mox coeperunt eos, qui scientiis speculativis occuparentur, ab illis distinguere, qui solam cognitionem medelamque morborum curae cordique haberent."

Recensentur in introductione omnes illae artis salutaris partes, quibus hoc diarium dicatum est.

II. *Institutio societatis liberae naturae cultorum Parisiis.* Clarissimi viri, LA MARCK, DESFONTAINES, THOUIN, CELS, LACÉPEDE, BROUSSONNET, OLIVIER, FOURCROY, BRUGUIERES, FORSTER, WILLEMET etc. ex parte novam hanc societatem virorum doctorum constituunt, cuius actorum primum volumen novas res ad historiam naturalem spectantes complexum modo prodiit. Institutio huius societatis hic copiose enarratur. p. 48.

III. *Novae species plantarum. Fumaria corymbosa* (*la fumeterre à corymbe*). p. 74.

„Hanc plantam DESFONTAINES 1785 in At„lante monte Africae reperit. Cl. LAMARCK de ea „in Encyclopaedia methodica locutus eſt, eamque „*Fumariam Africanam* nuncupavit. DESFONTAINES „die 8. Octobr. 1790 ſocietati naturae cultorum no„vam eius dedit deſcriptionem figura illuſtratam. „His eam verbis definit: *Fumaria corymboſa, foliis „pinnatis, foliolis flabelliformibus, lobatis, inciſis, flo„ribus ſpicato-corymboſis, ſiliculis tuberculatis, mono„ſpermis, pedicellis fructificantibus deflexis.* Folia „pinnata, foliola lobata, inciſa, flores ſpicato-co„rymboſi, ſiliculae tuberculatae, monoſpermae, de„nique pedicelli deflexi characteres efformant huius „vegetabilis ſpecificos. In Africa nullos in uſus „vertitur.“

Ebenus herbacea.

„DESFONTAINES hanc plantam deſcripſit die „22. Octobr. 1790 iam indicatam in catalogi horti „Kewenſis Tom. III. p. 27. ſub nomine *ebeni pinna„tae.* Invenit eam in collibus aridis prope Tune„tem in Africa boreali. Deſcriptio haec eſt: *Ebenus „herbacea, caule herbaceo, foliis impari-pinnatis, fo„liolis linearibus ſericeis, pedunculis axillaribus longiſ„ſimis, aphyllis.*“

„*Plantago bullata, foliis ovatis glabris, baſi in„aequaliter dentatis, bullatis, ſcapo undique tereti, ſpi„ca cylindrica, ſtylo incluſo.* His verbis Cl. BOSE „hanc plantaginis ſpeciem definit, quae Lutetiae in „variis hortis botanicis colitur.

Crepis virgata.

„Clar. DESFONTAINES pulchram hancce plan„tam 1785 in terris ſabuloſis Algerenſibus ac Tune„tanis detexit. Floret menſibus Aprili ac Maio. „Definitur ab eo his verbis: *Crepis glaberrima, cau„le ſuperne nudo, pedunculis lateralibus paucis, cen„trali longioribus, foliis dentatis, petiolis inferioribus*

late-

„*lato-lanceolatis.* Deſcriptio figura illuſtratur. In „quemnam uſum poſſit haec planta verti, adhuc igno„ratur.“

Crepis coronopifolia.

„Haec planta in hortis regiis culta atque ex in„ſolis Canariis miſſa annua eſt. Foliis, quorum for„ma ad plantaginem coronopoda accedit, facile di„ſtinguitur. Nondum deſcripta fuit. Clar. DES„FONTAINES, qui eius tum deſcriptionem tum figu„ram dedit, his verbis eam definit: *Crepis glaberri„ma, foliis pinnatifidis, foliolis linearibus, caule ere„cto, paniculato, pedunculis filiformibus, calycibus fa„rinoſis.* Nullum adhuc uſum praeſtat.“

Paſpalum ſtoloniferum. (*Paſpalum ſtolonifere*).

„Haec planta graminea, nondum deſcripta ab „ullo botanico, reperta eſt in terris Peruanis a bota„nicis Hiſpanicis, qui DOMBEIUM in ſuis itineribus „comitati ſunt, duosque annos poſt illum redierunt. „Semina eius in Hiſpaniam miſſa ſunt. Coluit ea „BOUTELOU, hortulanus regius, Araniueſi. Huius „filii, feminibus a patre acceptis, plantam hoc an„no Lutetiae cum ſucceſſu coluerunt. Sic a BOSIO „definitur: *Paſpalum ſpiculis ſpicatis, rachi undulata, „floribus alternis, ſecundis, caule geniculato, baſi pro„ſtrato, ſtolonifero.* Differt ab omnibus ſpeciebus in „Syſtemate Vegetabilium deſcriptis, adeoque a cha„racteribus genericis a LINNAEO datis, corollis caly„ce brevioribus. Cl. BOSE ſuſpicatur, novam hanc „plantam gramineam ob altitudinem ac latitudinem „foliorum ſuorum optimum pabulum animalibus lar„giri poſſe. In provinciis Galliae auſtralibus facile „coli poterit.“

„ROUSSILLON, protochirurgus Senegalenſis, p. 78. „ex illa regione maximum numerum corporum na„turalium incognitorum attulit. Inter plantas, quae „ipſi debentur, paucae ſunt ſtructura tam ſingulari

„et attentione digna, quam nova Lycoperdi ſpecies, „cum ſocietate naturae cultorum die 17. Decembr. „1790 communicata. Vocat eam *Lycoperdon axa-* „*tum*. *Lycoperdon ſtipitatum, clavatum, ſtipite tote* „*lignoſo, ad apicem clavae prolongato, clava lateri-* „*bus lacerato-dehiſcens*. Radix eſt tuberoſa oblonga; „ex ea exiſtit ſtipes fiſtuloſus, lignoſus, forma ſpiri- „li a ſiniſtra ad dextram ſtriatus, penetrans caput „ovatum, clavoſum, cuius membrana exterior, ubi „maturuit, finditur, proiicitque pulverem fuſcum, „pro more omnium lycoperdorum. Tota planta „pedem alta eſt; coloris eſt albide cinerei; etſi *Lyco-* „*perdo piſtillari* LINN. analoga videtur, tamen admo- „dum diverſa apparet, ſi cum huius figura a BOCCO- „NIO data comparatur. *Lycoperdon axatum* reper- „tum eſt in parva inſula fabuloſa prope litora flumi- „nis Senegali."

p. 108. IV. „*Nova ſpecies tineae in vicinia Lutetiae ob-* „*via*. Clariſſ. BOSE die 8. Octobr. 1790 ſocietati na- „turae cultorum deſcripſit ſpeciem tineae, cuius lar- „vam magno numero reperit in echio argenteo, quod „Lutetiae in hortis CELSII colitur. Habitat etiam „cynogloſſum. Nomen ſpecificum ac deſcriptio hu- „ius inſecti a BOSIO data huc redeunt: *Tinea echiella.* „*Tinea alis fuſcis, vitta communi dentata, alba, tho-* „*race niveo punctis quatuor nigris.* Hanc tineam co- „gnoverunt plures entomologi peregrini. Larva „ſedecim habet pedes; admodum vivida eſt, ſimul- „que eam tangere velis, decidit; transformatur ſub „cortice arborum aut in fiſſuris lapidum. Circiter „per menſem formam ſervat chryſalidis. Rodit fo- „lia echii et cynogloſſi."

V. „*Nova ſpecies locuſtae in vicinia Lutetiae re-* „*periunda*. Die 19. Nov. 1790 Cl. BOSE praelegit „deſcriptionem novae ſpeciei locuſtae, quam in vici- „nia Lutetiae reperit. Haec ſpecies, circiter di-

„midio

„midio minor illis ſpeciebus, quae Gryllus viridiſſi-
„mus (*ſauterelle à coutelas*) et Gr. verrucivorus (*ſ.*
„*à ſabre*) audiunt, forſitan hucusque ab Entomologis
„pro larva habita eſt, adeoque neglecta fuit. BO-
„SIUS eam obſervavit diligenter, viditque, ſpeciem
„eſſe peculiarem. His eam verbis deſcribit: *Locu-*
„*ſta aptera, viridis, thorace vittis duabus luteis, ab-*
„*domine punctis numeroſis fuſcis, dorſo linea ferrugi-*
„*nea.* Haec locuſta alis carens loco elytrorum ha-
„bet duas ſquamas flavidas aut fulvas, quae attritu
„ſuo ſonum illum, qui in campis auditur, produ-
„cunt. Reperitur hoc inſectum in campis, ad mar-
„gines arbuſtorum menſibus Septembri et Octobri.
„Collocandum eſt de BOSII ſententia poſt *Locuſtam*
„*Laxmani* in ordine ſyſtematico, idque ob ſuam ſtru-
„cturam ac magnitudinem. Raro invenitur."

VI. *Proprietates medicae Orobanches Virginianae.* p. 137.

„*Orobanche Virginiana caule ramoſo, corollis*
„*quadridentatis* LINN. Haec planta in Virginia repe-
„ritur ad radices fagus ſylvaticae, magnaque ibi co-
„pia creſcit. In illa regione habetur pro praeſtan-
„tiſſimo remedio ulcerum inveteratorum, adeoque
„carcinomata aperta ſanare dicitur. Modo perquam
„ſimplici in uſum vertitur. Siccata enim in aëre libero
„locoque ſolis radiis expoſito in pulverem redigitur,
„isque pulvis partibus ulceratis adſpergitur. Docuit
„hoc ANDR. MICHAUX, botanicus Gallicus, in Ame-
„ricam Septentrionalem miſſus, ut ibi hiſtoriae na-
„turalis ſtudio operam det, hortumque botanicum
„Pariſinum augeat. Idem miſit plantam ſiccatam e
„Carolina ad medicum Pariſinum, qui de ipſius uſu viri-
„busque ad ſocietatem medicinae menſe Iunio 1790
„retulit. Societas iuſſit hunc medicum effectus hu-
„ius remedii indagare, nosque pariter adhortamur
„artis ſalutaris magiſtros, ut Orobanchen Virginia-

„nam ſibi parent, experimentaque cum ipſa inſtituant; „etenim vires, quae ei in America ad ulcera inve„terata ſananda tribuuntur, ſane digniſſimae ſunt, „quae obſervationibus repetitis confirmentur. Quod „effectus ipſius in carcinomatibus attinet, nimium „hoc nomine laudata fuit, quam ut ei fides haberi „queat.“

Tomus II. 1791.

VII. *Nova cryſtalliſatio ſpathi ponderoſi (ſulfate de baryte natif ou ſpath peſant), deſcripta a* LERMINA *coram ſocietate hiſtoriae naturalis, die 2. Aug.* 1791.

p. 267. „Clariſſ. DOLOMIEU in Sicilia inter mineras ſul„phuris novam reperit ſpeciem ſpathi ponderoſi. „Formam quod ſpectat, haec nova ſpecies ſalis ter„reſtris ſolidum ſiſtit prolongatum ſecundum dire„ctionem contrariam illius cryſtalli, quam ROMÉ „DE L'ISLE ſua in cryſtallographia exhibuit. Qua„tuor trapezia, quae apicem cryſtalli a ROMÉO in„dicatae efformant, in hacce prolongata ſunt, fiunt„que quatuor trapezia lateralia, dum quatuor trape„zia lateralia illius formae ſeſe contrahentia trans„eunt in duo triangula in ſingulo apice novae cry„ſtalliſationis; duae figurae trapezoides cuiuslibet „apicis, ſibi pariter appropinquantes, fiunt penta„gonae. Ex hac deſcriptione ſequitur, cryſtallum „novam ſpathi ponderoſi Siciliae compoſitam eſſe „1) e prismate hexaëdro, cuius duae facies ſunt pa„rallelogramma rectangularia, quatuor reliquae tra„pezia, 2) e duabus pyramidibus tetraëdris, qua„rum duae facies triangula iſoſcelia, reliquae penta„gona irregularia ſunt.“

„Notare convenit, facies cuiuslibet pyramidis „numero laterum variare, prout maiorem minorem„ve partem prismatis interiecti occupant.“

„Ita

„Ita LERMINA ſpeciem ſpathi ponderoſi a cla-
„riſſ. DOLOMIEU in mineris ſulphuris Sicilienſibus
„repertam deſcripſit. Forma ſane eſt peculiaris,
„quam mineralogi hucusque ignorarunt. Optabile
„eſt, ut naturae curioſi, qui itinera inſtituunt, iique,
„qui mineralia colligunt, hanc deſcribendi metho-
„dum ſequantur; ita enim brevi tempore pulchra il-
„la mineralogiae pars, quae deſcriptionem accura-
„tam formarum a natura corporibus mineralibus da-
„tarum ſpectat, quaeque laboribus illuſtris ROMEI
„tantum debet, mire promoveretur.“

VIII. *Obſervatio ſuper effectibus ſcillae, auctore* p. 312.
GEOFFROY.

„Scilla praeparataque eius varia remedium ſi-
„ſtunt efficax, inprimis ſi lympha viſcoſa nimiumque
„ſpiſſa fundenda et diluenda eſt, ſique hydrops po-
„tius eſt leucophlegmaticus, quam genuinus aſcites.
„Tamen incommodo laborant hae medicinae. Et-
„enim dantur temperamenta, quae illarum uſum
„vix ferant, idque propter nauſeam adeoque vomi-
„tum, quem uſus earum movet. Huic incommo-
„do ex parte licet mederi, ſi vinum aut oxymel ſcil-
„liticum cum tertia parte aquae cinnamomi coniun-
„gatur. Quod ſi hoc remedium indicatur ventri-
„culusque ei ferendo eſt, raro ſpes concepta irrita
„fit, id quod experientia ſatis ſuperque comproba-
„tum eſt.“

„Exemplum huius generis admodum inſigne
„mihi morbus exhibuit religioſi cuiusdem ſexaginta
„annos nati. Craſſus, vitae deſidis, temperamen-
„tique laxi, intumuerat a regione renali deorſum.
„Oedema femorum ſcrotique terribile erat; magna
„una aderat difficultas reſpirandi; aeger non poterat
„decumbere; urina fere penitus ſuppreſſa erat, et
„quicquid eius reddebat, quod erat perpauxillum,
„faciem gerebat luti rubri craſſique. Propinabam

„vinum ſcilliticum doſibus ſat magnis, cum nullam „haec medicina nauſeam moveret. Per quinque ad „ſex dies nullus huius medicamenti effectus viſus „eſt; ſed ſeptimo die mane magna cum feſtinatione „ad me itur, mihique narratur, aegrotum in peri„culo verſari, ſuique non amplius conſcium eſſe. „Cum ad eum acceſſiſſem, ſane admodum debilita„tum fereque ſine omni pulſu reperi; ſtatim au„tem cauſam huius conditionis intellexi, cum mihi „oſtenderentur duae matulae admodum capaces, ma„gnusque numerus aliorum vaſorum, quae omnia „plena erant urina limpida colorisque citrini. Haec „prodigioſa evacuatio, quae octo aut novem pinta„rum eſſe poterat, una nocte facta aegrotum mire „debilitaverat, cuius oedema iam derepente evanue„rat. Iuſſi aegroto vinum dari Alicanticum, vini„que ſcillitici doſin circiter tribus quartis partibus „imminui. Ita factum eſt, ut aeger paucis diebus „vires recuperaret, urinae fluxu copioſo aliquamdiu „durante, integraque fruens ſanitate multos adhuc „annos viveret.“

Tomus III. 1792.

IX. *Obſervationes ſuper uſu camphorae Americae in morbis chronicis et inflammatoriis, auctore* I. MARSILLAC, *medico.*

p. 65. „Conſtat, camphoram ſuccum eſſe concretum „laurus camphorae LINN., quem Batavi e Japonia „aut inſula Sumatra ad nos advehunt. Inde a duo„bus quatuorve retro annis in America varia tenta„runt extracta vegetabilia variarum laurus ſpecie„rum, quorum ſublimatio camphoram exhibuit eius„dem cum Sumatrenſi odoris, ſaporis indolisque.“

„Camphora Americana coloris eſt candidi, ſe„mipellucida, unctuoſa tactu, linguae imprimens „ſaporem amarum aromaticum, admodumque acris;

„tota

„tota volatilis, inflammabilis, ſolubilis in ſpiritibus ar-
„dentibus, oleis et acidis mineralibus; non vero ſolvi-
„tur in liquoribus alcalinis aut acidis vegetabilibus.“

„Cum ALEXANDER, medicinae doctor Edin-
„burgenſis, duos eius ſcrupulos in morbo inflammato-
„rio, ubi arteria ſingulis minutis ſeptuaginta ſeptem
„pulſationes abſolveret, aegroto duodetriginta anno-
„rum exhiberet, intra decem minuta pulſuum nu-
„merus ad ſeptuaginta imminutus eſt; ſed dimidia
„hora elapſa prior numerus rediit. — Duabus ho-
„ris, poſtquam camphora ſumta erat, delirium in-
„gruit, aliqui motus convulſivi viſi ſunt, pulſusque
„pedetentim accelerati ſingulis minutis centum nu-
„merati ſunt. — Quinque horis poſt tardior factus
„eſt ſanguinis circuitus, frigusque externum aegro-
„tus ſuſtinuit, quod theae calidae potu evanuit, ſu-
„dore copioſo inſequente.“

„PREMBERTT, medicinae doctor Philadelphen-
„ſis, refert, camphoram Americanam, intus ſum-
„tam, omnes partes corporis rapide penetrare, ac
„tranſpirationem conſtantem provocare; ſi plures
„per dies doſi dimidiae drachmae ſumatur, ſangui-
„nem reddere fluidiorem, vividamque eius circula-
„tionem retardare, humores purgare, materias mor-
„boſas per poros abigere, effectus denique edere ſa-
„lutares in febribus malignis morbisque acutis chro-
„nicis ab indole fluidorum acri oriundis.“

„Quotidiana cum nativis Americae incolis (vul-
„go Barbaros dicunt) converſatio nos docet, hos po-
„pulos camphoram patriae ſuae ad morbos venereos
„curandos adhibere, atque experientia plures in
„Scotia caſus ſiſtit, ubi camphora ſola morbos vicit
„venereos, qui vires mercurialium, frictionum alio-
„rumque remediorum eluſiſſent.“

„Alius affirmat, ſe nunquam reperiſſe ſub-
„ſtantiam efficaciorem depuransque lenius ad hunc

„morbum debellandum, etiamſi cum ulceribus, ex„cinomatibus aliisque ſymptomatibus periculoſis con„iunctus eſſet.“

„Praxis in Scotia docuit, camphoram inprimis „in vias urinarias agere, calculo reſiſtere, inflam„mationesque ab eo oriundas diſſipare. Sunt tamen „temperamenta, quae ſaporem eius nimium ferre „non poſſint; tum poteſt corrigi, ſi duo triave gra„na moſchi contriti adiiciantur.“

„Denique ſi camphora Americana in uſum ex„ternum trahatur, efficax obtinetur remedium anti„ſepticum contra mortificationem, gangraenam, ex„anthemata ſcorbutica aliaque ſymptomata, quorum „prima cauſa in calore nimio aut in humoribus acri„bus et corrodentibus ſita eſt. Probabile eſt, campho„ram Europaeam eadem ratione uſurpatam eosdem, „quos Americanam, effectus edituram eſſe; ſed ca„ritas huius ſubſtantiae a Batavis praeparatae ſemper „impediet uſum eius frequentem, quamdiu iugum „mercatorum iſtorum deſpoticum non excutietur.“

X. *Decas plantarum novarum, quarum ſemina a litoribus Barbariae attulit* DESFONTAINES, *quaeque nunc noſtris in hortis propagantur.* Epitome diſſertationis recitatae in ſocietate hiſtoriae naturalis, die 13. Ianuar. 1792.

p. 161. „Diſſertatio, cuius hoc loco breviter mentio„nem facimus, accuratam continet deſcriptionem „plantarum, quibus haecce decas conſtat. Sufficiet, „hic ſolos characteres ſpecificos cuiuslibet harum „plantarum recenſere.“

„I. *Salvia bicolor.*“

„*Salvia foliis ovato-oblongis, ſublobatis, ramis „virgatis, bracteis reflexis, floribus nutantibus, coro„lae lobo intermedio ſaccato.*“

„Pulchra haec ſalvia ſponte creſcit in mediis „campis prope Maſcar et Themſem. Menſe Maio floret;

„floret; iam in Europa colitur, poteſtque ad areas „hortorum ornandas adhiberi.“

II. „*Scilla undulata.*“

„*Scilla foliis glabris, lanceolatis, undulatis, bra-*„*cteis minimis, floribus laxe ſpicatis.*“

„Habitat ſcilla haec elegans ubique locorum „in Barbaria, in collibus aridis et ſabuloſis. Flo-„ret autumno. Folia non apparent niſi hyeme.“

III. „*Nitraria tridentata.*“

„*Nitraria ramis ſpinoſis, foliis carnoſis, trunca-*„*tis, cuneiformibus.*“

„Hicce frutex creſcit in terris humidis ac ſabu-„loſis, ad litus maris, prope Suſam in regno Tune-„tano, adque confinia deſerti.

„LINNAEUS omnesque botanici, qui genus „Nitrariae deſcripſerunt, ei inter notas characteriſti-„cas adſignant baccam unilocularem, continentem „nucem trilocularem. Nux *Nitrariae tridentatae* „certo unilocularis eſt.“

IV. „*Scrophularia nectarifera.*“

„*Scrophularia caule erecto, tetragono, foliis gla-*„*bris pinnatis, foliolis* 3 — 7 *lanceolatis, dentato-ſer-*„*ratis, floribus ſubverticillatis.*“

„Haec planta in omni fere Barbaria habitat. „Verno tempore floret.“

V. „*Scorzonera coronopifolia.*“

„*Scorzonera foliis pinnatifido-laciniatis, pube-*„*ſcentibus, caule unifloro.*“

„Haec planta creſcit prope Tunetem, in terris „incultis.“

VI. „*Hypochaeris minima.*“

„*Hypochaeris foliis dentatis, pappis diſci ſtipa-*„*tis plumoſis, radiis ſeſſilibus, ſetis baſi araneoſo-to-*„*mentoſis.*“

„Haec ſpecies oriunda eſt e litoribus Barbariae. „Habitat in terris arenoſis.“

VII.

VII. „*Seriola hieracioides.*“

„*Seriola foliis radicalibus ſpatulatis dentatis gla-*
„*bris, caule nudo, pedunculis unifloris, pappo ſeſſili*
„*ſimpliciſſimo.*“

„Haec ſeriolae ſpecies, quam forte rectius ge-
„nus peculiare feceris, creſcit in fiſſuris rupium mon-
„tis Atlantis. Floret menſe Maio.“

VIII. „*Serratula heterophylla.*“

„*Serratula caule ſimplici unifloro, foliis glabris,*
„*inferioribus ovatis, dentatis, caulinis pinnatifidis.*“

„Reperitur haec ſpecies in litoribus borea-
„bus Africae. Creſcit in collibus incultis.“

IX. „*Centaurea ferox.*“

„*Centaurea tomentoſa, caule decumbente, foliis*
„*lyratis, calycibus ſpinoſiſſimis, ſpinis palmatis, baſi*
„*ſurſum echinatis.*“

„Multum ſimilis eſt haec ſpecies *Centaureae*
„*ſonchifoliae* LINN. Differt ab illa foliis incanis, in-
„primisque ſuperficie ſuperiore baſis ſpinarum caly-
„cis, quae apicibus horret.“

X. „*Ephedra altiſſima.*“

„*Ephedra caule fruticoſo, nodoſo, ramis ſcan-*
„*dentibus, numeroſiſſimis.*“

„Haec ephedrae ſpecies in iugo Atlantis ſpon-
„te creſcit; adhaereſcit fruticibus arboribusque,
„quales lentiſci ſunt, idque ope ramorum ſuorum
„numeroſorum ac flexibilium. Floret hyeme.“

Cum pleraque omnia in hoc diario breviter ſcripta ſint, inventionibus in omnibus phyſices hiſtoriaeque naturalis partibus factis locus conceditur. Omnino omnes diſciplinas naturales cum hominis hiſtoria coniunctas complectendo (quo ſpectant phyſica tam generalis, quam particularis, mineralogia, chemia, botanica, zoologia, phyſica vegetabilium, anatomia hominis, anatomia comparata ab illa dependens, phyſiologia, hygiene, pharmacia, chirurgia, pathologia, noſolo-

gia,

gia, materia medica, ſemiotice, ars veterinaria etc.), progreſſus in arte ſalutari factos in unum locum cogendo, ſtudioſeque, quicquid phyſicae animali prodeſſet, adhibendo editor novum lumen theoriae et praxi medicinae affundere ſe poſſe credidit.

Hunc finem ſibi propoſuit vir clariſſimus, cum ad artem ſalutarem unitis viribus ornandam augendamque viros doctos in ſocietatem convocaret hiſtoriae naturalis, anatomiae, botanices, chemiae ſtudio operam dantes aut praxi medicinae, chirurgiae ac pharmaciae occupatos, quae ſocietas iam dudum deſiderata tandem ſub auſpiciis novae Gallorum conſtitutionis feliciter inſtituta eſt.

Doctrina ardorque phyſicorum, qui cum doctiſſimo editore ad artem ſalutarem iuncta opera perficiendam inierunt ſocietatem, ſpem faciunt, medicinam ea capturam eſſe augmenta, quae a ſtudio unius hominis non exſpectaveris. Haec ſocietas libera bis ſingulis menſibus in laboratorio clariſſimi DE FOURCROY convenit. Quicquid medicinam iuvare poteſt, ibi attentione dignum cenſetur; praeleguntur et examinantur, quae diario inſerenda ſunt; diſſeritur de utilitate inventionum in variis partibus ſcientiae naturae ad oeconomiam animalem cognoſcendam factarum; definiuntur, quae adhuc incerta ſunt; denique coguntur obſervationes factaque, quae praxin illuſtrare poſſunt, proponitur, quicquid a variis ſocietatibus eruditis Lutetiae actum eſt, ex iisque, quae tales conſeſſus produxerunt, diarium componitur.

Die primo ac decimo quinto ſingulorum menſium faſciculus huius diarii prodit, e duabus plagulis forma octava maiori ſive paginis 32. conſtans.

XI.

XI.

Journal d'hiſtoire naturelle, par une Societé de Naturaliſtes, et rédigé par MM. LA MARCK, BRUGUIERE, OLIVIER, HAUY, PELLETIER et WILLEMET. 1792. 8. à Paris chez les Directeurs de l'Imprimerie du Cercle ſocial.

i. e.

Diarium hiſtoriae naturalis, concinnatum a ſocietate naturae cultorum editumque a LA MARCK, BRUGUIERE, OLIVIER, HAUY, PELLETIER et WILLEMET.

Hoc diarium complectitur diſſertationes et obſervationes ſuper omnibus partibus ſcientiae, cui dicatum eſt, inprimisque opera datur, ut, quibus vinculis haec ſcientia cum theoria terrae atque oeconomia rurali et domeſtica cohaereat, (quae et numero plurima ſunt et parum adhuc cognita,) illuſtretur.

Inſunt praeterea tractatus elementares et methodici ſuper variis partibus hiſtoriae naturalis.

Deſcriptio ac figurae corporum novorum e tribus naturae regnis.

Notitia literaria ratiocinansque vitae ac ſcriptorum hominum, qui in aliqua parte hiſtoriae naturalis nominis celebritatem adepti ſunt.

Denique analyſis omnium novorum librorum, tam in Gallia quam extra Galliam editorum, in quibus de hiſtoria naturali agitur, relatioque de novis inſtitutis, publicis privatisque, ad culturam et progreſſus huius ſcientiae ſpectantibus.

Ad utilitatem ſtudii hiſtoriae naturalis demonſtrandam ſufficit vel ſola hiſtoriae naturalis definitio.

Qui

Qui vero factum est, ut huic studio nullum adhuc in Gallia illorum operum periodicorum, quibus progressus cognitionis tam cito, tam facile tamque late promoventur, dicaretur? Certo huiusmodi diarium, ab eventibus non dependens, prorsus novum, omnibusque diariis gallicis, quae nunc evulgantur, admodum dissimile, neque civitatis revolutiones neque pericula rivalitatis metuere debet. Etsi omni tempore omnibusque locis lectorum omnis aetatis, utriusque sexus ac cuiuslibet conditionis attentionem numero, varietate, utilitate aut suavitate materierum, quae ipso continentur, ad se trahere potest, tamen inprimis proderit:

Illis, qui studio historiae naturalis feriam navant operam, aut qui eo tantum delectari volunt.

Illis, qui campos habitant recreandi sui causa, cupiuntque aliquid, quod doceat aut oblectet, super corporibus circumiectis sensusque omni ex parte continenter ferientibus legere.

Educatoribus, qui loco suo in novo regimine educationis publicae, quod in Gallia paratur, dignos sese praestare, ab alumnisque suis gratiam inire volent.

Pastoribus ecclesiae per campos sparsis, qui duplici nomine de grege sibi concredito bene mereri cupiunt, in instructione religiosa ac civili lectionibus moralibus adiungentes eas lectiones, quae et curiositati adultorum satisfaciant, et labores ipsorum dirigant.

Denique omnibus illis, qui certi quid scire cupiunt de omnibus historiae naturalis partibus, de conditione huius disciplinae, et de progressibus ipsius in variis terrae, ubi colitur, regionibus.

Octo primi fasciculi iam prodierunt. Singulis mensibus bini evulgantur. Quivis missus continet

binas

binas plagulas cum dimidia, forma octava, binasque tabulas aeneas.

Ad praestantiam huius diarii magis demonstrandam res maxime insignes in fasciculis iam editis contentas enumerare placet.

De historia naturali in universum. Calodendrum. Philosophia botanica. Acacia obliqua. LINNAEI labores. Novum plantarum genus, *Drapetes*. Hyoseris Virginica. Genus Acaciae, inprimis Acacia heterophylla. Systemata, methodi botanices, analysis. (Auctore Equ. DE LA MARCK.)

Descriptio duarum concharum e generibus chitonis et purpurae. De fodinis lithanthracum montium Sevennensium, ac duplicibus vestigiis filicum in schistis eorum repertis. Nova concha e genere Anodontitae. Formatio conchae porcellanae, facultasque horum animalium testas suas variis temporibus linquendi. Descriptio novae speciei testudinis Cayennensis. (Auctore BRUGUIERE.)

Dissertatio de utilitate insectorum, respectu habito agriculturae et artium. Descriptio novae speciei Cetoniae. De nonnullis novis speciebus coleopterorum, deque nova specie scarabaei. (Auctore OLIVIER.)

De duplici refractione spathi calcarei pellucidi. De ponderibus specificis mineralium. De novo rhomboide spathi calcarei. Epitome theoriae super structura crystallorum. De hydrophanis. (Auctore HAUY.)

Septem extracta et relationes operum historiam naturalem tractantium. (Auctore WILLEMET.)

Examen chemicum cinerum caeruleorum (*cendres bleues*, pigmenti cuiusdam), methodusque eorum parandorum. (Auctore PELLETIER.)

Disser-

Dissertatio de partibus muscorum, quae pro floribus masculinis aut foemininis habitae sunt, recitata in societate historiae naturalis Parisina. (Auctore VENTENAT.)

XII.

Traité complet de la petite vérole et de l'inoculation, où l'on fixe les vrais principes de cette maladie et les avantages de la nouvelle méthode curative très perfectionnée, avec des observations, des remarques prises dans différens Auteurs etc. Ouvrage mis à la portée de toutes sortes de personnes, par Mr. GOETZ, chevalier de l'ordre du Roi, docteur en médecine, inoculateur de Madame Elisabeth de France etc. à Paris, chez Croullebois, libraire. 1790. 12. pagg. 370.

i. e.

Tractatus de variolis et inoculatione. Auctore GOETZ.

Etsi iam plurima de variolis earumque inoculatione scripta prostant, non credimus tamen, huius libelli auctorem reprehendendum esse, quod illorum scriptorum numerum novo auxerit. Persuasum enim nobis habemus, observationes accurate diligenterque factas, cum scientia medica iis semper augeatur, a studiosis artis salutaris grato animo accipiendas esse.

XIII.

Elémens de l'Art de la teinture, par M. BERTHOLLET, Docteur en médecine, des Facul-

tés de Paris et de Turin, des Academies des Sciences de Paris, Londres, Turin, Haelem et Mancheſter. à Paris, chez Firmin Didot, 1791. 8. Tomm. 2.

i. e.

Elementa artis tingendi, auctore BERTHOLLET.

Primum agitur de actione luminis aërisque in colores. Tum de colore flavo in materiis animalibus mediante acido nitrico acidoque muriatico oxygenato producto. Sequuntur poſt theoria adſtringentium, experimenta cum illis capta, meditationes ſuper differentia ſubſtantiarum vegetabilium et animalium, recenſio primariorum agentium chemicorum, acidorum, alcalium, ſalium metallicorum, quorum in arte tinctoria frequens uſus eſt, proceſſus artis tinctoriae pro coloribus nigro, caeruleo, rubro, flavo, fulvo, coloribusque ex his compoſitis.

Hoc opus clariſſimi BERTHOLLETI inter tractatus chemiae recentioris utiliſſimos referendum eſt, itaque omnino comparatum, ut nemo chemicorum facile eo careat, ſive ſtatum, in quo chemica ſcientia nunc conſtituta eſt, ſive inſignia BERTHOLLETI inventa conſideres.

XIV.

Mémoire ſur les Officiers de Santé de l'armée françoiſe; Projet d'un Corps de médecine militaire; par Mr. LE BLANC, Chirurgien Major du Regiment de la Fere, infanterie. à Metz, de l'Imprimerie de la Veuve Antoine et fils. 1790. 4. pagg. 19.

i. e.

i. e.

Dissertatio de praefectis sanitati exercitus francogallici. Auctore LE BLANC.

Auctor huius dissertationis proponit, 1) ut medici chirurgique exercitus in unum idemque corpus sub denominatione generica medicorum uniantur, 2) ut huius corporis constitutio fiat militaris.

„Hucusque", inquit auctor, „iis, quibus credita est sanitas exercitus, dux defuit. Dum bellum gerebatur, primus medicus primusque chirurgus in obeundis suis muneribus sibi adversari poterant, vereque adversabantur. Augebantur abusus „auctoritate exterorum, quibus sanitatis cura simul „tradita esset. Ut hi abusus tollantur, generique „humano consulatur, quod proposui, exsequendum est."

XV.

Observations sur quelques maladies chroniques et sur les effets des eaux de Plombières dans ces maladies, par M. MARTINET, Docteur en médecine. A Nancy, chez Haener, 1791. 8. pagg. 32.

i. e.

Observationes de nonnullis morbis chronicis effectibusque aquarum ad Plombières his in morbis. Auctore MARTINET.

Auctor huius tentaminis non solum observationes super viribus medicis harum aquarum cum lectoribus communicavit, sed exemplum clarissimi BORDEU secutus est, quem constat observationibus

ſuis ſuper effectibus ſalutiferis aquarum mineralium ad Bareges meditationes de morbis chronicis adiunxiſſe.

In primo opuſculi capite agitur de cauſis particularibus horum morborum inprimisque de modis, quibus illis natura medetur, ſive propriis agat viribus, ſive remedia ipſam adiuvent. In altero capite exponit auctor vires medicas aquae in univerſum, aquarumque ad Plombières in ſpecie. In ultimo denique duodecim leguntur obſervationes de morbis chronicis, quorum curae methodicae hae ipſae aquae tanquam baſin conſtituerunt.

XVI.

Journal phyſico-médical des Eaux de Plombières pour l'année 1791. Redigé et publié par Mr. MARTINET, D. M. Médecin Directeur Adjoint et en ſurvivance des Eaux et de l'Hôpital du dit Plombières. A Nancy, chez Haener, 1792. 8. pagg. 92.

i. e.

Diarium phyſico-medicum aquarum ad Plombières pro anno 1791. Auctore MARTINET.

Diaria in Gallica evulgantur omnis generis, non modo argumenti politici, ſed etiam ſcientiarum artiumque. Ars medica variis ibi gaudet; unum tamen ei videtur hucusque defuiſſe, quo non facile poſſit carere. Diarium hoc eſt, ut MARTINETI verba noſtra faciamus, quod quotannis effectus variarum aquarum medicatarum in Gallia variasque immutationes tum fontium ipſorum tum rerum ad illos pertinentium recenſeat. Optandum ſane eſt, ut medici fontium ſalutiferorum huiusmodi diaria componant

nant publicique iuris faciant; ita enim medici, qui ab aquis mineralibus remoti vivunt, melius certiusque diiudicare poſſent, quales aegrotis ſuis, quos ad aquas medicatas mittere in animo habent, utiles ac ſalutares futurae ſint. Adde quod eiusmodi diaria cauſis curaeque morborum chronicorum non poſſunt non novum lumen affundere, ſiquidem omnes fontium ſalutiferorum medici ſingulis annis ingentem numerum talium morborum videndi obſervandique nanciſcuntur occaſionem. Interim, dum alii medici eundem laborem ſuſcipiant, clariſſ. MARTIN ſuo illis exemplo praeivit, diario phyſico-medico aquarum ad Plombieres inchoato.

Hoc diarium ineunte menſe Maio cuiusque anni prodit, effectusque aquarum anno praeterito obſervatos enumerat. Cuius hic damus recenſionem, effectus ſalutares continet, quos aquae per aeſtatem anni 1791 ediderunt. Complectitur etiam mutationes ad aquas melius adminiſtrandas excogitatas.

XVII.

Mémoire ſur le ſel et les ſalines de la Lorraine, qui a remporté le prix de l'Académie des Sciences et Belles Lettres de Nancy, le 8. Mai 1791; par Mr. PIROUX, Architecte juré de Lunéville etc. A Nancy, chez Haener. 1791.

i. e.

Diſſertatio de ſale ac ſalinis Lotharingiae, quae ab academia ſcientiarum literarumque elegantiorum Nancejana die 8. Maii 1791. praemium reportavit. Auctore PIROUX.

Auctor huius diſſertationis a notitia hiſtorica ſalinarum Lotharingiae initium facit. Tum expoſita ratione tributi ſalini (*gabelle*) in hac provincia, definire ſtudet, quam ſummam Lotharingiae incolae ad quadraginta milliones lege die 30. Martii 1790 lata imperatos contribuere debeant.

XVIII.

Traité des maladies des voies urinaires, par Mr. CHOPART, chirurgien en chef de l'hoſpice du collége de chirurgie de Paris. A Paris, chez l'auteur. 1791. 8. pagg. 368.

i. e.

Tractatus de morbis viarum urinariarum. Auctore CHOPART.

Ars medendi miros ſane progreſſus faceret, ſi ii, qui obſervandi acumine pollent, certo cuidam morborum generi in ſpecie operam ſuam induſtriamque dicarent, in eoque ſolo indagando ac perveſtigando occuparentur. Clariſſimi CHOPARTI de viis urinariis tractatus non modo hoc nomine laudandus eſt, quod ad hanc regulam concinnatus fuit, ſed continet etiam numerum ſelectum obſervationum tum in praxi propria ab auctore collectarum, tum ab aliis obſervandi peritia praeſtantibus cum ipſo communicatarum. Alia vero eaque admodum inſignis, quam apud plerosque rerum chirurgicarum auctores fruſtra quaeras, dos huius libri haec eſt, quod clariſſ. CHOPART, quicquid phyſica, chemia ſtudiumque oeconomiae animalis ad argumentum ſuum illuſtrandum conferre poterant, ſuos in uſus feliciter contulit, qua re factum eſt, ut opus eum perfectionis gradum

dam attingeret, quo perpauci auctores gloriari poſſunt.

Duas in partes opus diviſum eſt. Prima pars agit de functionibus viarum urinariarum in ſtatu ſano aegroque. Igitur tractatur 1) de ſecretione urinae, mechaniſmo huius functionis, excretione urinae, cauſis retentionis naturalis urinae in veſica, expulſione urinae extra veſicam, urinae quantitate, colore, odore, natura et proprietatibus, analyſi naturali, analyſi chemica, huius fluidi decompoſitione, aciditate, uſibus functionum viarum urinariarum, 2) de vitiis ſecretionis urinae: de diabete, eius natura, ſede, cauſis, ſignis, cura; de ſuppreſſione urinae, eius gradibus, ſignis, cura; de vitiis urinae, reſpectu habito quantitatis, coloris, conſiſtentiae, naturae, compoſitionis; de ſignis, quae urinae examen largitur; de morbis per urinam inductis, ut tumoribus urinariis; de vitiis excretionis urinae, ut incontinentia et retentione huius fluidi, quae contra naturam fit.

In ſecunda parte primum pertractantur morbi renum, ut vitia horum viſcerum, quae ipſorum conformationem, ſitum magnitudinemque ſpectant, eorum tumores anomali, vulnera, ſpaſmi, atonia, inflammatio, abſceſſus, ulcera, cancer, denique vermes et hydatides, qui in ipſis naſci poſſunt.

Non dubitamus, hunc tractatum bonarum rerum pleniſſimum, quo chirurgia hucusque ſuo damno caruit, a cultoribus ſtudii chirurgici grato animo acceptum iri.

XIX.

La goutte radicalement guérie par des moyens doux, ſalutaires et fortifians, qu'on peut appliquer avec ſuccés dans tous les climats de

la terre, méthode également favorable à la guériſon des rhumatiſmes, affections nerveuſes et la plupart des maladies chroniques, par I. MARSILLAC, Docteur en Médecine de la Faculté de Montpellier etc. A Paris, de l'Imprimerie du Cercle Social, 1791. 12. pagg. 220.

i. e.

Arthritis radicaliter curata remediis lenibus, ſalutaribus roborantibusque, quae cum ſucceſſu in omnibus telluris climatibus poſſunt applicari, etiam ad ſanandos rheumatiſmos, affectiones nervoſas ac plerosque morbos chronicos. Auctore I. MARSILLAC.

Libellus hic praecepta continet ſaluberrima ſuper regimine arthriticorum. Reprobatur uſus alimentorum fatuorum, ut lactis ac farinaceorum; contra ea commendantur iuſcula reſtaurantia, nonnihil carnis ac potus roborantes. Secutus eſt auctor hoc regimen in ſe ipſo aliisque arthriticis plures per annos, affirmatque, effectus ſemper fuiſſe ſalutares.

XX.

Traité complet de la culture, fabrication et vente du Tabac, d'après les procédés pratiqués dans la Pannonie, la Virginie, le Dannemark, l'Ukraine, la Valteline, la Guyana françoiſe. On y a joint d'autres objets d'économie rurale qui, réunis ou ſubſtitués au tabac, en rendent la culture encore plus utile aux propriétaires et très intereſſante pour l'état. Ouvrage orné de ſix plan-

planches en taille douce, par un ancien cultivateur. A Paris, chez Buisson, 1791. 8. pagg. 456.

i. e.

Tractatus completus de cultura, fabricatione ac venditione tabaci secundum processus adhibitos in Pannonia, Virginia, Dania, Ucrania, Valle Tellina, Guiana Gallica. Accedunt alia oeconomiae ruralis obiecta, quae, tabaco iuncta aut substituta, culturam eius utiliorem possessoribus magnique momenti reipublicae reddunt. Cum sex tabulis aeneis. Auctore cultore tabaci veteri.

Initium libri facit notitia tabaci historica; additae sunt historia huius plantae naturalis, descriptio generis, specierum ac varietatum ipsius cultarum, contemplatio climatum ratione habita culturae variarum tabaci specierum, terrarum huic culturae aptissimarum, sepimentorum, aedificiorum huic plantationi necessariorum, stercorationis, arationis, pastinationis, impedimentorum successus transplantationis tabaci, instrumentorum culturae eius ac fabricationi necessariorum, praeparationum denique atque cautionum ante messis initium.

XXI.

Discours sur l'origine et les progrès de l'histoire naturelle en France, servant d'introduction aux Mémoires de la Société d'histoire naturelle. Par AUBIN LOUIS MILLIN, Membre de cette société. A Paris, 1792. 4. pagg. 36.

i. e.

De origine et progressibus studii historiae naturalis in Gallia. Introductionis loco in acta societatis historiae naturalis. Auctore AUBIN LUDOV. MILLIN, huic societati adscripto.

Clariss. MILLIN, doctissimus societatis historiae naturalis Parisinae secretarius, omnes recenset historiae naturalis cultores nominis celebritate insignes, quos Gallia inde a temporibus remotissimis ad nostros usque dies genuit aluitque. Libellus sane est lectu dignissimus.

XXII.

Cours d'étude pharmaceutique, par E. I. B. DE LA GRANGE, Membre du Collège de Pharmacie de Paris. 1792. 8. Voll. IV.

i. e.

Elementa studii pharmaceutici. Auctore E. I. B. DE LA GRANGE, membro collegii pharmaciae Parisini.

Hoc opus inprimis dicatum est tironibus medicinae, chirurgiae et pharmaciae. Quatuor in partes dividitur. Prima pars continet elementa physices; altera agit de medicamentis simplicibus; botanica tertia comprehenditur; quartae denique insunt elementa chemiae pharmaceuticae.

XXIII.

Avis aux sages femmes, par Mr. SACOMBE, docteur en médecine et en chirurgie de la faculté

de

de Montpellier, médecin accoucheur et membre de plusieurs académies. A Paris, chez Croullebois, 1792. 8. pagg. 116.

i. e.

Instructio obstetricum. Auctore SACOMBE, medicinae et chirurgiae doctore facultatis Montispessulanae, medico obstetricio et membro variarum academiarum.

Auctor huius operis elementaris duodecim principia artis obstetricandi fundamentalia constituit, ut obstetricum attentio ad exiguum numerum veritatum dirigeretur, quae mentem instruerent, memoriam non fatigarent.

XXIV.

Extrait de la flore françoise de Mr. le Chevalier DE LA MARCK; contenant l'analyse des végétaux, pour arriver à la connoissance des genres et des espèces; deux parties. A Paris, chez Visse, 1791. 8. p. 502.

i. e.

Epitome florae Gallicae clarissimi DE LA MARCK, Equ. Complectens analysin vegetabilium, ad cognitionem generum ac specierum adipiscendam. Partt. II.

Haec epitome, exiguo commodoque satis volumine contenta, mirum in modum iuvabit botanicae studiosos ac medicinae et pharmaciae tirones in herbationibus cum fructu instituendis, sive sylvas, sive montes, sive fluviorum rivorumque ripas peragrare

agrare inſtituant. In ea enim uno obtutu genera ſpeciesque plantarum indicata reperient. Characteres plantae cuiusvis coniunctim proponuntur, ſeriesque vegetabilium ordinem ſiſtit naturalem.

Prima pars florae gallicae analyſin exhibet vegetabilium generibus cognoſcendis accommodatam; explicationes ad varias ſpecies florum in tabula commemoratas ſpectantes; alias explicationes, quae figuram foliorum, locum inſertionis ipſorum, ſitum compoſitionemque eorum attinent; tabulam primariarum diviſionum, cuius beneficio labor plantarum inquirendarum contrahi poteſt; epitomen analyſeos botanicae florae gallicae; tabulas nominum gallicorum et latinorum generum; ſynonyma aut nomina trivialia multarum plantarum; denique tabulam, quae viam ad genera ducentem monſtret.

Altera pars continet analyſin generum, ad ſcientiam ſpecierum nanciſcendam. Genera clariſſimi DE LA MARCK ſunt numero 1256.

Ad calcem cuiusque partis erratorum catalogus legitur.

Liquido poſſumus affirmare, nihil in hoc opere elementari neglectum eſſe, quod ſtudium botanices facilius ſuaviusque reddere queat.

XXV.

Obſervations ſur les loix, concernant la médecine et la chirurgie dans la colonie de Saint Domingue, avec des vues de réglement adreſſées au Comité de Salubrité de l'Aſſemblée nationale et à l'Aſſemblée coloniale. Par CHARLES ARTHAUD, médecin du roi au Cap François.

Au

Au Cap François, chez Dufour de Rians, imprimeur du Roi, 1791. 8. pagg. 404.

i. e.

Obſervationes de legibus medicinam et chirurgiam in colonia S. Dominici ſpectantibus. Auctore CAROLO ARTHAUD.

Diviſae ſunt hae obſervationes in novem paragraphos. Auctor in iis perſequitur officia medicorum ac chirurgorum regiorum, ratione habita coloniae; agit de noſocomiis aedibusque providentiae (*maiſons de providence*) promontorii Gallici, de receptione eorum, qui curam ſanitatis gerunt, obſtetricumque, de politia et cura carcerum, de legibus morbos beſtiarum contagioſos medicosque veterinarios concernentibus, de aquis mineralibus, denique de ſocietate regia ſcientiarum et artium in promontorio Gallico.

Scriptus eſt liber doctiſſime ſummaque cum perſpicuitate, nihilque ab auctore omiſſum eſt, quod ad artem ſalutarem in iſta regione perficiendam aliquid conferre poſſit.

XXVI.

Analyſe du ſyſtème abſorbant ou lymphatique, par Mr. DESGENETTES, docteur-médecin, membre honoraire de la ſociété de médecine de Londres, des academies de Rome, de Bologne, de Florence, de Sienne, de Cortone et de la Société royale des ſciences de Montpellier. A Paris, de l'Imprimerie de Didot, 1792. 12. pagg. 50.

i. e.

i. e.

Analyſis ſyſtematis abſorbentis ſive lymphatici. Auctore DESGENETTES, medicinae doctore, membro honorario ſocietatis medicinae Londinenſis, academiarum Romanae, Bononienſis, Florentinae, Senenſis, Cortonenſis, et ſocietatis regiae ſcientiarum Montispeſſulanae.

Opuſculum, cuius hic mentionem facimus, in duas partes diviſum eſt.

Prior pars complectitur deſcriptionem anatomicam ſyſtematis vaſorum lymphaticorum, quo continentur vaſa lactea et abſorbentia ſ. ſeroſa, glandulaeque conglobatae ſ. lymphaticae.

In altera parte breviter indicantur notiones pathologicae methodique curandi, quas artis doctores evulgarunt, et quae cum natura functionibusque ſyſtematis abſorbentis arcte coniunctae ſunt.

XXVII.

Tableaux d'hiſtoire naturelle pour l'inſtruction de la jeuneſſe.

i e.

Tabulae hiſtoriae naturalis ad inſtruendam iuventutem accommodatae.

Conſilium cepimus in uſum iuventutis curſum ſcientiarum evulgandi, ſic ut animus oculorum interventu erudiatur. Initium fit ab hiſtoria naturali. Figurae, quas celeberr. MERIAN operi JOHNSTONI adiunxit, ad hiſtoriam animalium illuſtrandam adhibebuntur. Singulis menſibus evulgabitur faſciculus complectens tabulas viginti quinque coloribus diſtinctas,

ctas, forma maxima. Tabula his accedet continens nomina latina animalium Linnaeana, multarumque aliarum linguarum, inprimis Gallica, Germanica, Belgica, Anglica, Italica, et Hiſpanica.

Hiſtoria naturalis animalium abſolvetur 270 tabulis. Qui pro toto opere nomina ſua ſubſcribere volent, tantum pro 250 tabulis, h. e. pro decem miſſibus, pecuniam ſolvent. Pretium cuiuslibet miſſus ſeparati tabularum viginti quinque coloratarum forma maxima cum tabula nomenclaturam tenente eſt quinque florenorum Imperialium.

Vir doctus, peritiſſimus hiſtoriae naturalis, nunc hiſtoria naturali animalium ſcribenda occupatur, ad quam hae tabulae referentur. Obſervationes virorum eruditorum, qui graviſſimam hanc ſcientiae humanae partem ad noſtros usque dies tractarunt, iſtud opus collectas breviterque expoſitas continebit. Hoc ipſo anno evulgabitur.

Societas typographica Neowidii ad Rhenum.

Contenta.

I. Acta regia ſocietatis medicae havnienſis. Vol. II. p. 203
II. Acta regia ſocietatis medicae havnienſis. Vol. III. p. 230
III. PYL's *Repertorium für die öffentl. u. gerichtl. Arzneywiſſenſchaft.* 2r *B.* 1s *St.* p. 254
IV. *Hippocrates Werke. Aus dem Griech. überſ.* v. GRIMM. 4r *B.* p. 258
V. STOERCK praecepta medico-practica, in uſum Chirurg. caſtrenſ. et rural. Dition. Auſtriac. p. 267
VI. KLEINII ichthyologia enodata p. 270

VII.

VII. REID Eſſai ſur la nature et le traitement de la phthiſie pulmonaire p. 375
VIII. Giornale per ſervire alla ſtoria ragionata della medic. di queſto ſecolo. To. VI. p. 389
IX. ERXLEBEN's *Anfangsgr. d. Chemie* p. 337
X. La médecine éclairée par les ſcienc. phyſ. p. 360
XI. LA MARCK etc. Journal d'hiſt. natur. p. 374
XII. GOETZ Traité complet de la petite vérole et de l'inoculation p. 377
XIII. BERTHOLLET Elements de l'Art de la teinture p. 377
XIV. LE BLANC Mémoire ſur les Officiers de Santé de l'armée françoiſe p. 378
XV. MARTINET Obſervations ſur quelques maladies chroniques p. 379
XVI. MARTINET Journal phyſico-médical des Eaux de Plomb. pour l'ann. 1791. p. 380
XVII. PIROUX Mémoire ſur le ſel et les ſalines de la Lorraine p. 381
XVIII. CHOPART Traité des maladies des voies urinaires p. 382
XIX. MARSILLAC la goutte radical. guérie p. 383
XX. Traité complet de la culture, fabrication et vente du Tabac p. 384
XXI. MILLIN Diſcours ſur l'origine et les progrès de l'hiſt. naturelle en France p. 385
XXII. GRANGE Cours d'étude pharmacevt. p. 386
XXIII. SACOMBE Avis aux ſages femmes p. 386
XXIV. DE LA MARCK Extrait de la flore françoiſe p. 387
XXV. ARTHAUD Obſervations ſur les loix, concern. la médec. et la chir. dans St. Domingue p. 388
XXVI. DESGENETTES Analyſe du ſyſteme abſorbant ou lymphatique p. 389
XXVII. Tableaux d'hiſtoire naturelle pour l'inſtruction de la jeuneſſe p. 390